


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA
ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO JACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XI. SECT. II.

CONTINENS

PLATONIS DIALOGOS SELECTOS

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHÆ.

SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.

MDCCCL.


FIRENZE

PLATONIS

PHAEDO

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO TERTIA MULTIS PARTIBUS AUCTIOR
ET EMENDATIOR.

GOTHÆ.

SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.

MDCCCL.

CORRIGENDA.

In Prolegomenis, festinantius paullo quam oportuerat prelo subiectis, lectores rogantur ut ipsi benevole hæc corrigant.

Pag. 9. vers. 14. ante *cœlestes* inserendum *in*.
„ 17. „ 8. ab inf. leg. *una eademque opera*.
„ 20. „ 22. leg. *contrariorum*.
„ 20. „ ult. del. comma ante *propria sit*.
„ 23. „ 10. pro *fecerit* corr. *fuerit*.
„ 23. „ 19. ab inf. ante *de quo* del. *ut*, in cuius locum comma sufficiendum fuit.
„ 24. „ 8. ab inf. l. *assentior* pro *essentior*.
„ 24. „ 2. ann. ab inf. l. *vir* pro *virt*.
„ 25. „ 3. leg. *Gorgiam* pro *Georgiam*.
„ 25. „ 27. leg. *consummata*.
„ 27. „ 2. leg. *ante* pro *tante*.
„ 27. „ 16. leg. *et* pro *etc*.
„ 28. „ 7. ab inf. leg. *Olympiodori*.
„ 28. „ 2. ab inf. leg. *Verum* pro *Virum*.

Pag. 1. ann. col. I. vers. . . ab inf. dele *ipse*.
„ 57. ann. col. II. vers. 7. ab inf. lege *eum* pro *cum*.
„ 62. ann. col. II. vers. 6. ab inf. lege *breviter* pro *brevitate*.
„ 72. ann. col. I. vers. 11. lege *Sic* pro *Six*.
„ 76. ann. col. I. vers. 4. lege *solito* pro *eo*, quod nunc primum errore invectum est, *solitis*.
„ 116. ann. col. I. vers. 13. ponas *vide* post *inferiorem*.
„ 193. ann. col. II. vers. 14. lege *usurpatam* pro *usurpatum*.
„ 222. ann. col. I. vers. 9. lege *Hæc* pro *H. e.*

Alia leviora sunt quam ut de iis quidquam commonendum videatur.

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

PHÆDONEM.

EDITIO TERTIA SUPERIORIBUS MULTO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

GOTHÆ.
SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.
MDCCCL.

PRAEFATIO
AD
PHAEDONEM.

Phaedo, discipulus Socratis, qui postea scholae Eliacae auctor exstitit, Echecrati Phliasio, qui et ipse fuit Socraticae disciplinae alumnus, in hoc libro magistri obitum tempore belli Corinthii*) Phliunte, urbe Echecratis patria, ubi hospes videtur fuisse commoratus, ita narrat, ut quid ille extremo vitae die cum amicis, qui eum morientem viderint, collocutus sit, et quomodo eo tempore se gesserit, egregia cum simplicitate atque pietate exponat. Convenisse autem dicit plurimos Socratis familiares et amicos in custodiam, in qua vinculis captus fuerit, quum aliis diebus, tum eo die, quo ei venenum hauriendum fuerit, multo mane. Audisse enim ipsos pridie eius dici, quo sacra navis e Delo insula redisset, Socrati moriendum fore. Itaque postridie eius diei, quo navis revertisset, omnes ait sub ipsum diliculum ad custodiam convenisse. Quum igitur, inquit, ad carcerem accessissemus, ianitor, qui fores aperire solebat, nos aliquantisper foris commorari iussit, quum undecimviri capitales nunc ipsum Socratem vinculis liberarent eique nuntiarent hodie ipsi moriendum fore. Paullo post reversus nos intromisit. Ingredientes autem in custodiam Socratem deprehendimus modo ex vinculis solutum, atque Xanthippen, eius uxorem, cum infante prope eum considentem. Quae ubi nos conspexit, ut solent mulierculae, multum lacri-

*) V. ann. ad p. 57. B.

mata est vehementerque eiulavit. Tum vero Socrates placido vultu Critonem intuens rogavit, ut aliquis eam domum abduceret; id quod fecerunt Critonis pedisequi. Nos omnes autem eo die mirifice affecti eramus, quum mixtus quidam tristitia atque gaudio sensus animos nostros captos teneret: modo enim tranquillitatem hilaritatemque Socratis admirabamur, ut oblivisceremur praesentis calamitatis; modo casus gravitate devicti instantem amici fortunam deplorabamus *).

Socrates vero erigens se in lectulo et crus fricans, quod vincula antea compressissent, quam mira est, inquit, illa coniunctio, quae inter voluptatem atque dolorem intercedit. Nam quum simul et una adesse non soleant, tamen alterutro cedente alterum alterius continuo locum occupat. Hoc si animadvertisset Aesopus, eum credo fabulam fuisse compositurum, quae illam doloris et voluptatis vicissitudinem illustraret. Tum vero Cebes, opportune, inquit, mihi in mentem revocas carmina, quae in carcere pepigisti. Nam quum alii, tum nuper Evenus poeta, ex me quaesiverunt, quid tandem caussae esset, quod tu, qui nunquam antea carmina fecisses, extremo vitae tempore illis componendis dedisses operam. Quid igitur vis, ut illi respondeam? Ego vero, inquit Socrates, hoc non eo consilio feci, ut Eveni aemulus existerem, sed ut animum meum religione quadam exsolverem. Nam quum superiore vitae tempore, tum ex quo in carcere hic versatus sum, saepe mihi apparuit somnium, quod me iuberet facere et tractare musicam. Iam quum per totam vitam philosophiam, quippe quae esset musica praestantissima, tractassem; nunc etiam carmina facere conatus sum, si forte somnium illud divinum hoc a me fieri voluisset. Itaque composui hymnum in laudem Apollinis, cui hi dies festi sacri sunt: sed quum me imparem esse sentirem fabulis inveniendis fingendisque, in qua re maxime poetae virtus atque officium cernitur; Aesopi fabulas in versus redegi. Hoc igitur, mi Cebes, Eveno nuntiabis, eumque meo nomine cohortaberis, ut me quam primum sequatur. Abeo autem hodie: ita enim Atheniensibus visum est. Ad haec Simmias Thebanus, quale tandem istud est, inquit, quod Evenum facere iubes? Neque enim ille is mihi videtur,

*) P. 57_60. B.

qui te lubens ad inferos secuturus sit. Cui Socrates, nonne Evenus, respondit, est philosophus? Illo autem hoc affirmante, igitur neque Evenus, inquit, mortem recusabit, neque quisquam alius, qui quidem philosophi nomine dignus videri velit. Quanquam hoc nolim ita a vobis intelligi, ac si illum iuberem sibi manum inferre; hoc enim verissime nefas iudicatur*).

Atqui, ait Simmias, haeccine inter se consentire, quae tu dicis, appetendam quidem esse mortem, nec tamen cuiquam licere se ipsum interimere? Ego certe, quanquam olim in patria mea audivi Philolaum, nobilem Pythagoreum, eadem, quae tu dicis, dictitantem; tamen nunquam huius sententiae rationes plane potui cognoscere aut perspicere. Quare si tu illas explicare uberius et confirmare certius posse tibi videaris, age nobis noli invidere ea, quae dicenda habeas. His auditis Socrates se paratum ostendit ad exponendas rei rationes, quas in promtu haberet, quas tamen se non ipsum reperisse dixit, sed fando ab aliis accepisse. Mirum vero, inquit, non iniuria alicui videatur, quod antea dictum est, etiam iis hominibus, qui mortem tanquam bonum aliquod expetant, nefas esse sibimet ipsis hoc beneficium tribuere, sed exspectare eos debere, donec alius eodem ipsos afficiat. At enim vero habet illa sententia idoneas certasque rationes. Nam homines in hoc corpore a deo immortali tanquam in carcere quodam inclusi sunt, ex quo iniussu summi imperatoris nemini aufugere licet: atque persuasi mihi penitus esse numen divinum, quod hominum curam gerat, eiusque numinis homines esse servos atque ministros. Quocirca nobis non licet nostro arbitratu ex hac vita discedere, sed exspectandum, donec ipse deus nos liberet atque hinc discedendi necessitatem immittat. Ad haec autem Cebes, ista quidem si vera sunt, inquit, consequitur, ut stultis animo aequo moriendum sit, sapientibus non item. Etenim stultum fuerit profecto ex eo loco discedere, ubi optimum dominum habeas, deum, qui saluti tuae prospiciat: neque enim meliorem etiam nacturus sis alibi dominum. Cebetis sententiae accessit Simmias. Tum vero Socrates, agite igitur, o boni, inquit, quandoquidem mihi litem intenditis, causam meam apud vos ita dicam, ut vobis coner eius bonitatem probare certius,

*) E. 60. B. — 61. D

quam potui probare iudicibus, qui me capite condemnarunt. Persuasum autem mihi est me post mortem etiam maiorem consecuturum esse felicitatem. Nam licet non affirmaverim nisi cum quadam animi dubitatione me ad meliores homines esse venturum; tamen ad optimos deos me hinc discessurum, eorumque adspectu et consuetudine tanto magis gavisurum, quo purior sinceriorque animus ad illos evolaverit, id quidem certum atque verum esse censeo*).

Quocirca sapientis est morte appropinquante bono esse animo: nam philosophia nil est aliud nisi praeparatio atque meditatio mortis, id quod homines vulgo ignorare videntur: ridiculum autem fuerit hominem, qui tota vita philosophatus sit, adeoque mortem commentatus, in extremo vitae periculo angi atque metu cruciari. Habent autem mors atque philosophiae studium hoc sibi commune, quod et illa animum a corporis vinculis exsolvit, et hoc mentem nostram a rerum sensibus subiectarum ludibriis ad aeternae veritatis virtutisque constantiam traducit. Etenim philosophiae hoc est propositum, ut qui ei studeant veritatis virtutisque participes reddantur. Quod quidem non efficitur corporis ope et beneficio. Neque enim is verus videtur philosophus esse, qui ventri et gulae deditus est, qui cultu ornatuque corporis delectatur, qui gloriae laudisque studio ducitur, denique qui indulget corporis voluptatibus; sed ille demum hoc nomine est dignus, qui animum a corporis societate, quoad eius fieri possit, avocatum quasi in se ipsum colligit et ad puram sinceramque veritatem indagandam et contemplandam convertit. Etenim sensus corporis tantum abest ut veritatis cognitionem nobis afferant, ut fontes habendi sint ignorantiae, errorum, malorumque omnium. Hinc enim multae oriuntur animi curae et sollicitudines; hinc pravae cupiditates; hinc bella et seditiones; hinc denique, quod longe est tristissimum, errores atque fraudes. Quae quum ita sint, veri philosophi animum suum a corporis commercio student avocare et abstrahere, adeoque mortem meditantur, si quidem tota eorum vita in eo occupata est, ut animus ipsorum, a corpore solutus, quam fieri potest liberrimus evadat**).

---

*) P. 61. D. — 64. A.

**) P. 64. A. — 68. B.

Quare si quem videtis mortem timere, hunc ne dubitetis iudicare φιλοσώματον potius quam φιλόσοφον. Cuiusmodi homines, quemadmodum non possunt pervenire ad veritatis cognitionem et scientiam, ita nec virtutem unquam consequuntur hoc nomine dignam. Etenim abstinent se ab aliis voluptatibus, quo facilius ac diutius aliis fruantur; colunt iustitiam, ne ipsi ab aliis iniuria afficiantur; fortes sunt prae ignavia aut imbecillitate, quum non habeant virium satis ad sustinendas tolerandasque calamitates; denique adumbratam tantum virtutis speciem et imaginem amplectuntur, non ipsam virtutem colunt, adeoque mercaturam quasi quandam virtutis faciunt, quum omnia voluptatibus metiantur. Alia prorsus est veri philosophi sentiendi agendique ratio: qui, quidquid agit, propterea agit, quod verum, bonum et iustum esse videt. Quo ipso animum suum quasi praeparat ad cognoscendam et intuendam ipsam rerum veritatem. Hanc autem, quantum intelligere et suspicari nobis licet, animus humanus aut nusquam attinget, aut post mortem consequetur. Haec omnia igitur mecum reputans sortem meam adeo non moleste fero, ut eam etiam faustam beatamque esse arbitrer. Etenim certa me spes tenet futurum esse, ut apud inferos multo certiorem plenioremque consequar veritatis cognitionem, cui me nostis per totam vitam studuisse; et dominos atque amicos etiam illic habeam optimos. Haec igitur sunt, quae mei defendendi caussa apud vos, amici, dicenda videbantur: quae si vobis probata fuerint, optime factum arbitrabor *).

Quae postquam Socrates disputaverat, primum Cebes ei respondit: Cetera quidem, o Socrates, quae dixisti, plane mihi probantur et egregie disputata videntur. Sed quid animo futurum sit a corpore segregato et disiuncto, id quidem multis magnisque obnoxium est dubitationibus. Vulgo enim metuunt, ne e corpore excedens animus tanquam halitus aut fumus dissipetur atque penitus evanescat. Itaque necessarium est, ut probetur argumentis eum etiam post mortem corporis manere superstitem, vigere, cogitare; eiusque rei, o Socrates, si quam tenes explicationem et demonstrationem, age illam nobiscum communica. Ego vero, inquit Socrates, faciam quod pe-

*) P. 68. B. — 60. C.

titis; neque enim exiguum hoc, quod mihi superest, vitae tempus melius collocare possim, quam si de hoc gravissimo argumento quid mihi videatur vobis exponam*).

Et primum quidem videamus eam rationem, quae ultimae antiquitatis confirmatur testimonio. Dicuntur enim animi nostri ab inferis in humana corpora transgredi ac veluti in orbem ex inferis ad superos et a superis vicissim ad inferos migrare. Quae sententia si vera est, de animorum immortalitate dubitari non potest. Confirmat autem illius sententiae veritatem hoc maxime, quod in universa rerum natura hanc videmus legem constanter dominari, ut contraria ex contrariis oriantur, veluti quum maius oritur ex minore, tardum ex veloci, firmum ex infirmo, calor ex frigore et vicissim. Eadem igitur necessitate inter se coniunctas esse mortem et vitam sponte consequitur, ita ut ex vivo fiat mortuus et vicissim ex mortuo vivus. Sed age, rem diligentius etiam explicemus. Itaque quidquid mutatur, id in alium statum transire manifestum est. Continetur autem omnis mutatio triplici conditione; nam primo res mutata ex aliquo statu, in quo antea fuerat, discedit: deinde eadem ad aliud quiddam transit: denique pervenit ad aliquem statum, in quem antea tendebat. Veluti si quis dormit, is ex vigilia in somnum transiit. Inter somnum autem atque vigiliam interiectum est illud, quod vocamus obdormiscere. Unde intelligitur, quam sit verum, quod diximus de triplici cuiusque mutationis conditione. Eadem ratio est, si quis vicissim ex somno redeat ad vigiliam: nam priusquam ipsa vigilia incidit, illud locum habeat necesse est, quod expergisci vocamus. Quum vero haec lex per totam rerum naturam valeat, eum, qui in hanc vitam intret, necesse est illam permeare quasi conditionem, quam nasci dicere solemus; eum vero, qui mortuus sit, moriendo ad illum statum pervenisse. Quae quum ita sint, animum moriendo non exstingui, sed in alium statum transire, facile est ad intelligendum. Nam quo minus existimemus naturam altera sui parte quasi claudicare, quum illud, quod moriendo respondeat, nimirum quod ex inferis redire vocamus, non eveniat, hoc maxime impedit, quod sublata rerum generatione reciproca paullatim tota rerum natura quasi rigesceret et consumeretur.

*) P. 69. B. — 70. C.

Veluti si illud tantum eveniret, quod vocamus obdormiscere, neque locum haberet contrarium, quod expergiscimur, omnia ad extremum perpetuo premerentur somno. Eodem igitur modo de eo, quod moriendo est contrarium, iudicari convenit. Nam si omnia morerentur, nec quidquam denuo in vitam rediret: ad extremum omnia forent emortua, nihil vigeret. Hoc igitur argumento mihi constare videtur animos hominum morte non consumi, sed manere eos aliam vitam, in qua bonis melius, malis peius futurum sit*).

Tum Cebes: Ego vero, o Socrates, sententiam tuam toto pectore amplector. Quam ut pro vera habeam, faciunt etiam ea, quae superiore tempore de eo disputasti, quod totum illud, quod discere vocamus, nil aliud sit nisi reminisci. Hoc enim si verum est, animum necesse est, antequam in hanc vitam intraret, viguisse atque rerum notitias in humanum corpus secum attulisse. His auditis Socrates: Sed ne forte Simmias huic rationi diffidat, eadem etiam aliis argumentis comprobari potest. Quae qualia sint, nunc accipite. Quotidie enim experimur nos ex unius in alterius rei cogitationem deferri. Solent enim res oculis, auribus, aliis sensibus, perceptae in mente excitare cogitationem rerum ab illis plane diversarum. Ut si quis conspecta amici lyra vel veste ipsius amici recordatur, aut si imaginem eius intuens tacite secum iudicat, quam prope illa ad eius similitudinem accedat vel ab ea absit. Neque vero ad ea solum, quae sensibus percipi possunt, referimus illa, quae videmus, audimus, sentimus, sed etiam ad species quasdam et formas solo animo comprehensas, quas in hac rerum natura nusquam exstare compertum habemus. Tenemus enim animo nostro speciem eius, quod per se ipsum est honestum et turpe, iustum et iniustum, magnum et parvum, simile et dissimile, ad eamque speciem referre solemus ea, quae sensibus nostris percipimus. Sed undenam animi nostri hanc absolutarum formarum sive idearum cognitionem hauserunt? Certe sensibus corporis non acceperunt: his enim non utimur nisi in rerum singularium perceptione et animadversione. Itaque relinquitur, ut animus rerum per se absolutarum notitias non in hac demum vita acceperit, sed antequam eum hoc corpore

*) P. 70. C. — 72. D.

nasceretur. Ex quibus omnibus apparet eundem iam olim vixisse atque viguisse*).

Finita hac disputatione Simmias, quid adhuc desideraret, aperte professus est. Nam hac quidem ratione ait sibi utique videri effectum esse, ut animum fuisse, priusquam corpus nasceretur, statuere cogeremur; sed illud nondum esse ostensum, eum post mortem quoque fore superstitem. Quae quidem dubitatio etiam Cebetem commovit, ut dimidium tantum disputationis absolutum esse diceret, dimidium contenderet deesse. Ad eos igitur Socrates, quod desideratis, amici, inquit, id iam habetis, si quidem superiora illa, quae concessistis, cum his dictis coniungenda sunt. Nam si verum est, quod ostendimus, hanc per totam rerum naturam valere legem, ut nihil intereat, et si recte affirmavimus animum rerum per se absolutarum notitias non corporis ope sibi acquisivisse, sed aliunde accepisse: dubitari certe non potest animum esse immortalem**).

Sed quoniam metus ille, ne animus ex corpore egrediens tanquam vento dissipetur, facile animos vestros denuo occupaverit, age, eum ita tollamus, ut animorum immortalitatem pluribus etiam argumentis probare studeamus. Et primum quidem videamus, quid sit illud dissipari, quod vos dicitis metuere ne animo accidat. Est autem illud nil aliud nisi dissolvi in partes suas, ita ut hae a se invicem discedant, et illud, quod partibus istis continebatur, pereat et intereat. Itaque dissipari nil poterit, nisi quod ex partibus sit compositum. Quocirca videamus, num cadere dissolutio possit in animi naturam. Discerni autem omnino possunt duo rerum genera, alterum compositum, simplex alterum. Illud continua fertur agitatione neque unquam manet in statu eodem, atque corporis sensibus subiectum est. Alterum, quod nullis partibus constat ideoque a quavis mutatione liberum est et immune, non potest corpore unquam contrectari, sed sola mente comprehenditur. Quemadmodum vero dubium non est, corpus quin habendum sit in numero rerum compositarum; ita animum ad naturas simplices referendum esse evidentibus doceri potest argumentis. Hic enim non est adspectabilis: porro in veritate investi-

---

*) P. 72. D. — 77. A.

**) P. 77. A. — D.

ganda et contemplanda quum sensuum ope utitur, adeo non pervenit ad eius cognitionem, ut maxime perturbetur et quasi vertigine corripiatur; quum autem se a corpore quasi segregatus in se ipsum collegit, tum vero attingit sempiternas illas rerum species et formas, quae solae habent veritatis cognitionem. Praeterea animum habemus imperantem, corporis servitio utimur, ut hinc quoque intelligi possit illum rerum simplicium neque mutationi subiectarum generi esse similem atque cognatum. Iam si verum est, quod diximus, sequitur, ut animus nunquam dissolvatur et intereat, sed etiam ex corpore egressus duret et maneat*).

Abibit autem, si quidem se castum purumque a corporis contagione servaverit, coelestes purasque regiones, quo et ego mox perveniam, ibique errore, ignorantia, cupiditatibus, vitiis liberatus beatum et immortale deget aevum. Sin autem, dum hanc vitam ageret, non studuit se a corporis societate liberare, eiqui ita indulsit, ut eius contagione pollueretur et labem contraheret, ex superioribus regionibus per corpoream vim humi depressus in tenebris ac squalore volutatur, adeoque denuo alligatur animantium corporibus. Quae quum ita sint, philosophi hoc est officium, ut spretis corporis voluptatibus animum dirigat et convertat ad purae sinceraeque bonitatis, pulchritudinis et veritatis contemplationem: nam ita demum ei continget, ut ad deum immortalem perveniat sempiternaque fruatur felicitate et beatitate**).

Haec quum Socrates dixisset, aliquamdiu silentium fuit, videbaturque ipse secum reputare et meditari ea, quae modo disseruisset. Tandem Cebes et Simmias summissa voce inter se colloqui coeperunt. Quod animadvertens Socrates, quid, inquit, vobis de mea videtur disputatione? numquid vobis non satisfacit? Agite igitur, si quid habetis dubitationis, nolite illud me celare, quo possimus communiter persequi institutam disputationis viam, si quidem vobis placuerit. Tum Simmias, dicam, inquit, quod res est. Etenim iam dudum uterque nostrum alterum cohortatur et instigat, ut te interroget: veremur autem, ne tibi molesti simus propter imminentem calamitatem. Ille vero his auditis leniter subridens, papae, in-

*) P. 77. D. — 80. A.

**) P. 80. A. — 84. B.

quit, Simmia, aegre profecto aliis potero persuadere me mortem non in malis habere, quum vos adeo vereamini, ne mihi nunc de his rebus disserere molestum sit. Itaque eos amice cohortatus est, ut si quae ipsis dubia viderentur, ea ne dubitarent exponere. Etiamsi enim certam exploratamque immortalitatis scientiam in hac vita non possemus consequi, omnibus tamen viribus enitendum esse, ut, quae proxime ad verisimilitudinem accederent, ea exquirerentur, quo facilius atque tutius illorum auxilio, tanquam rate, hoc impetuosum vitae pelagus traiiceremus. His dictis permotus Simmias, fatebor equidem, inquit, quae adhuc disputasti, ea mihi nondum omnem scrupulum ex animo exemisse. Neque enim absurdum videtur, quod permulti homines arbitrantur, animum nil esse nisi harmoniam quandam ex iusto singularum corporis partium temperamento oriundam. Quemadmodum igitur concentus fidium dissolutis lyrae partibus interit, ita vide ne fracto dissolutoque corpore etiam omnis animi vis et natura dispereat. Tum Socrates vultu ad risum composito et, ut solebat, intenta oculorum acie circumspiciens, non male, inquit, Simmias meam orationem videtur impugnasse. Sed huic priusquam respondeamus, etiam Cebetis audienda sententia est. Et Cebes quidem se in iisdem fere haerere dixit, de quibus Simmias dubitaret. Quae tu, inquit, modo disputasti, iis licet efficiatur, ut animus diuturnitate corpus superet, tamen nondum est demonstratum eundem ab interitu omnino esse liberum. Fieri enim potest, ut animus, quum in multa deinceps corpora migret iisque superstes sit, tamen et ipse temporis diuturnitate tandem fatiscat et conteratur. Quis igitur nobis praestet hoc, in quo nunc degimus, corpus non esse ultimum?*).

His dictis nos omnes, qui apud Socratem aderamus, vehementer sumus perturbati. Nam quum antea Socratis disputatio nobis plane satisfecisset mirificeque placuisset, nunc tamen Simmiae et Cebetis dubitatio effecit, ut consilii prorsus inopes haereremus. Socrates vero tantum abfuit ut de causa sua videretur esse sollicitus, ut nunquam magis admiratus sim viri tranquillitatem atque constantiam. Nam non solum benevole amanterque excepit illas Cebetis et Simmiae dubitationes; sed etiam

*) P. 84. B. — 88. B.

nos quum animadvertisset vehementi dolore perculsos esse, ad pristinam immortalitatis spem et fiduciam erexit. Monuit autem ante omnia, ut nobis caveremus, ne, si quando in veri investigatione deciperemur, animo abiecto rationis et philosophiae osores evaderemus. Quemadmodum enim hominum osores, inquit, fieri solent ii, qui, quum de quolibet optima quaeque sperassent, a pluribus deinceps decepti sunt et in fraudem inducti, ita etiam qui sententias eas, quas maxime probarunt, postmodo falsas esse cognoverunt, saepenumero in eam induuntur opinionem, ut de veritate exquirenda et invenienda omnino desperandum existiment, adeoque rationis et sapientiae osores (μισολόγοι) existant. Itaque nos etiam, o boni, nobis caveamus ab isto errore, neque nos unquam patiamur a philosophiae studio deterreri*).

Sed redeamus ad sermonem superiorem. Putabat igitur Simmias animum contineri harmonia, quae singulis corporis partibus bene temperatis efficeretur. Quam rationem mihi videor vel una interrogatiuncula, posse confutare. Quid enim? nonne in superiore disputatione concessum est animum viguisse, antequam in corpus veniret? Hoc igitur si vere diximus, eum plurimum ab harmonia differre nemo est quin videat. Quippe harmonia oritur tum demum, quum lyrae partes compositae et coagmentatae sunt; animum autem affirmamus corpore prius fuisse**).

Sed quoniam huiusmodi conclusiunculae saepenumero sunt fallaces, age, rem paullo altius repetamus, videamusque, quibus de causis harmoniam et animum inter se differre statuendum sit. Et primum quidem quod de harmonia recte dici potest, varios esse eius gradus, ut alia sit deterior, alia praestantior, id de animo affirmare non licet, ut qui semper sui similis sit neque unquam naturae suae habeat ullam varietatem. Deinde quum animorum sint variae virtutes, quae quasi concentu quodam continentur; qui animum harmoniam esse dicit, hoc debebit confiteri, in harmonia illa animi aliam rursus atque aliam inesse harmoniam, id quod per ipsam rei naturam fieri non potest. Porro si ve-

*) P. 88. G. — 91. C.

**) P. 91. C. — 92. E.

rum est, quod antea diximus, animum per se alium alio non magis esse animum; sequitur, ut, si ille harmonia contineatur, non possit alius alio fieri sapientior atque melior. Nam harmoniae notionem ubi diligentius investigaveris, facile reperies veram harmoniam nullo unquam tempore nullaque ratione discordem vel dissonam esse posse. Nam concentu sublato ipsa tollitur harmonia. Itaque qui animum harmoniam esse dicunt, ii affirmare videntur id, quod nemo sibi facile persuadeat, animos humanos turpitudinis et pravitatis omnino esse expertes, ceterarum autem animantium animas eiusdem, qua illi praediti sint, virtutis esse participes. Denique animum novimus corpori imperare neque raro eius perturbationibus et cupiditatibus adversari. Quod quidem, si ille ipsius corporis esset quaedam intentio et remissio, fieri nullo modo posset. Sed de harmonia Simmiae satis dictum: consideremus nunc Cebetis rationem*).

Putas autem, o Cebes, nisi fallor, animus etiamsi in multis antea fuerit corporibus, tamen nihil impedire, quominus temporis diuturnitate paullatim consumatur et aliquando intereat. Ac profecto magnam atque gravem dubitationem in medium attulisti. Quippe explicandus est locus ille de rerum natura, generatione et corruptione. In quem quum et ipse admodum iuvenis essem delatus, narrabo vobis quid mihi tum acciderit. Quum enim doctrinam physicam putarem esse longe praestantissimam, quippe quae doceret, quibus causis res omnes vel orirentur vel interirent, plurimum studii in ea collocare coepi. Sed quamvis omnium philosophorum opiniones investigarem et perquirerem, tamen de ortu et interitu rerum nihil novi me ab iis discere mox intellexi. Postea incidi forte in librum Anaxagorae. Qui quum omnia a mente divina ordinari et administrari doceret, dicere non possum, quanta spes veri inveniendi animum meum occupaverit. Sed mirum dictu est, quantopere etiam illa me fefellerit exspectatio. Etenim ille quoque, ut singularum rerum aperiret causas et rationes, aerem, aquam, alia huius generis, tanquam machinas quasdam adhibebat; mentem divinam praetermittebat. Haec quum mihi accidissent, physicis relictis, aliam viam ingrediendam esse statui. Ita-

*) P. 92. E. — 95. B.

que mihi plane persuasi esse aliquid, quod per se esset magnum, pulchrum, bonum, et cuius vi efficeretur, ut quae magna pulchra, bona vocare solemus, hanc ipsam virtutem adipiscerentur. Putavi igitur res pulchras non colore, sed pulchritudine pulchras fieri, similiterque magnas magnitudine, parvas parvitate, honestas honestate. Quae quum firmiter tenerem, coepi etiam intelligere nihil esse in rerum natura constans et immutabile praeter illud, quod per se esset verum, bonum, pulchrum, hoc est, praeter ideas rerum sola mente comprehendendas et quasi intuendas. Et haec quidem sunt, quae in harum rerum quaestione tenenda esse mihi videntur*).

Haec omnia autem postquam Socrati concessa erant, aliam etiam ingressus est disputationem, qua animum esse sempiternum atque immortalem doceret. Etenim quae contraria sunt, inquit, ea se invicem adeo refugiunt atque aversantur, ut alterum altero accedente aut pereat aut elabatur. Veluti parvitatis species et forma nunquam cum magnitudine conciliari poterit, sed hac appropinquante illa evanescere solet. Quod autem de iis, quae sibi ipsa et per se contraria sunt, verum esse dixi, idem etiam iudicandum est de aliis, quae etiamsi non sint proprie contraria, tamen aliquid in se continent, quod alii cuidam adversetur. Etenim ne haec quidem se invicem ullo modo recipiunt, et admittunt. Id quod facile est exemplis demonstrare Nam numerus ternarius, etsi ipse non habet contrarium, tamen cum semper in se contineat formam imparis numeri, nunquam effici poterit, ut paris numeri naturam induat. Eadem ignis ratio est. Qui quum in se caloris vim comprehendat, quae est frigori contraria, nunquam cum frigore coniunctus esse potest. Pariter nix, quae nunquam non frigus habet adiunctum, accedente calore dilabitur neque ullo modo cum illo conciliatur. Atque haec quidem ad animum transferamus. Est vero hic ita natura sua comparatus, ut in quodcunque corpus ingrediatur, illue semper secum afferat vitam. Quae cum morti sit opposita et contraria, sponte apparet ne animum quidem ferre aut pati unquam mortem posse. Quidquid autem mortem non

---

*) P. 95. B. — 105.

admittit, id est immortale. Ex quo animum intelligitur esse immortalem neque unquam interiturum*).

Finita hac Socratis oratione Cebes, mihi vero, inquit, plane persuasisti animum esse interitus expertem atque revera futurum esse apud inferos. Sed si vos, amici, habetis quod contra Socratis disputationem moneatis, nolite illud reticere. Neque enim tempus magis opportunum, quo de his rebus vel dicere vel audire aliquid cupiatis, unquam redierit. Tum vero Simmias, at neque ego, inquit, habeo quod iis, quae disputata sunt, iam possim opponere. Veruntamen nescio quid mihi in animo residet scrupuli et dubitationis, sive quod rei, quae agitur, magnitudo me perturbat, sive quod humanarum virium imbecillitas videtur prohibere, quominus ad certam harum rerum cognitionem perveniamns. Recte tu quidem, inquit Socrates. Nam et de hoc dubitandum est, et de sumtionibus et principiis, unde mea disputatio profecta est, diligentius quaerendum. Quod ubi feceritis, pervenietis, opinor, ad tantam spem immortalitatis, quanta maxima homini contingere possit**).

Animus igitur quum immortalis sit, operae pretium est, o amici, ut quisque in hac vita studeat eum aptum reddere immortalitati. Nam post mortem sua quemque manet sors, laeta illa aut tristis futura, prout quis animi curam in hac vita gesserit. Ferunt enim a daemone quemque suo in eum deduci locum, ubi de mortuis habeatur iudicium, indeque audita iudicum sententia perduci eo, ubi ipsi vel male vel bene futurum sit. Et malis quidem manendum ibi esse per certum quoddam temporis spatium, quo exacto reverti eos in domicilium aliquod poenae accommodatum; puros autem et sanctos animos in puriores ac coelestiores regiones evehi, ubi degant vitam vere coelestem atque divinam. Atque his quidem dictis addidit narrationem de terrae regionibus, tum de superioribus in quibus iusti, probi, sancti viverent, tum de inferioribus, ubi qui sceleribus se in hac vita commaculassent, malefactorum suorum luerent poenas***).

Qua narratione absoluta hoc fere modo perrexit dicere. Haec igitur quum ita sint, o amici, hoc maxime agere

---

*) P. 102. A. — 106. E.
**) P. 107. A. — B.
***) P. 107. B. — 113. C.

omnes decet, ut virtutis ac sapientiae in hac vita participes fiamus. Propositum est enim magnum certaminis praemium magnaque spes. Quanquam autem mortuorum conditionem eam fore, qualem descripsi, haud certo affirmaverim, tamen hoc maxima asseveratione contendo, eam futuram esse illi similem, et ita quemque fore beatissimum, ut se maxime a vitiorum labe purum castumque servaverit. Et vos quidem suo quisque tempore illuc discedetis; mihi vero nunc abeundum est. Quocirca me iam ad lavacrum convertam, ne mortuus aliis negotia facessam*).

Tum Crito, nobis vero, inquit, o Socrates, quid mandas, et quomodo vis ut te sepeliamus? Quomodocunque, respondit, vobis libuerit, si modo me capere potueritis. Simul autem placido hilarique vultu nos intuens, videor, inquit, Critoni non posse persuadere me non esse eundem, quem brevi mortuum videbitis. Nam animus meus ubi discesserit ex hoc corpore, non amplius Socratem habebitis, sed eius corpus emortuum. Igitur bono animo sis, mi Crito, neque doleas, quum videris corpus meum cremari vel humari: neque enim Socrates ipse peribit. Corpus autem meum sepelies ita, ut tibi placuerit. His dictis abiit, ut lavacro uteretur. Nos autem interea modo de iis, quae disseruisset, inter nos colloquebamur, modo calamitatem nostram deplorabamus, haud secus ac si patre orbaremur. Peracto lavacro filii cum mulieribus domesticis ad eum adducuntur. Quibus quum ultima mandata dedisset, ad nos revertit. Tum minister undecimvirorum ingreditur, qui ad eum accedens, invitus, inquit, meo nunc fungor munere: quanquam te eum esse cognovi, qui mihi non maledicturus sis; quod saepe facere solent ii, quibus mortem annuntio. Nam ex quo in carcere versatus es, semper te cognovi esse virum bonum et humanum. Quare vale et forti animo perfer instantem necessitatem. Et tu quoque vale, respondit Socrates, praedicans hominis humanitatem et misericordiam. Deinde autem poculum sibi afferri iussit. Tum Crito: Nondum sol occidit, o Socrate: en lucem in montium verticibus adhuc fulgentem! Non est quod tantopere festines et tuum a nobis discessum accelerés. At vero Socrates, equidem, inquit, longiore mora nihil lu-

*) P. 113. D. — 115. A.

craturus essem nisi hoc, ut mihi ipsi viderer inconstans esse adeoque ridiculus. Itaque mihi morem geras, quaeso, neque aliter facias. Quocirca Crito arcessi iussit carceris ministrum, qui poculum afferret. Quem quidem hominem intuens Socrates, age, inquit, o bone, quid facere me iam oportet? tu enim nosti. Quum hauseris, inquit ille, obambulabis, dum genua gravari sentias: tum vero in lecto recumbes. His dictis ei poculum porrexit. Quod quidem Socrates ita accepit, nihil ut timeret aut vultum mutaret. Quid vero? ait, licetne diis immortalibus de hoc poculo offerre libationem? Noli hoc facere, minister respondit; neque enim plus cicutae paramus, quam quantum satis esse videtur. Tum ille, at preces tamen, inquit, diis immortalibus facere ad hoc poculum licet, ut haec migratio mihi bene feliciterque eveniat. Itaque hoc a diis immortalibus precor ut mihi contingat. His dictis poculum hilari et tranquillo animo exhausit. Nos vero eum videntes bibentem, quum adhuc vix cohibuissemus lacrimas, tum vero non amplius potuimus nobis a lacrimis temperare. Fuerunt etiam qui magna voce eiularent et pectora tunderent prae mærore. Socrates autem, quid agitis, inquit, o boni? nam hanc ipsam ob causam mulieres amandavi: audivi enim bonis ominibus moriendum esse. Atque nos his auditis erubuimus et lacrimas repressimus. Ille vero quum paullisper obambulasset, crura sibi gravari sentiens, supinus in lectulo recubuit. Morti autem proximus, o Crito, inquit, Aesculapio debemus gallum: hunc igitur deo reddite. Quod quum Crito se facturum esse polliceretur eumque rogaret, num quid aliud vellet, ille leniter placideque animam exspiravit. Hic fuit vitae exitus, o Echecrates, quem habuit amicus noster, quo meliorem, prudentiorem atque iustiorem virum nec nos cognovimus nec unquam visuri sunt posteri*).

En habes argumentum dialogi, breviter quidem sed quam fidelissime relatum. Quo exposito etiam de consilio paucis disserere consultum videtur, quod scriptor in elaborando hoc opere potissimum sequutus sit. Neque enim, illo non perspecto, quisquam eo perveniat, ut om-

*) P. 115. B. — 118.

nem libri praestantissimi artem rationemque aut perspiciat aut recte æstimet. Videmur autem paucis aperire atque declarare posse quid rei sit, quandoquidem quae ea de re dicenda sunt, neutiquam longam requirunt disputationem aut copiosam argumentorum confirmationem desiderant, ut pote satis aperta ac propemodum in medio posita.

Etenim quod Plato in plerisque omnibus dialogis prope constanter sequutus est, ut materiam argumentorum, quae illustranda sumsit, partim ex ipsa vitae veritate, partim ex philosophiae disciplina repetierit idque salva et incolumi illa artis lege, quae unumquodque opus simplex duntaxat et unum iubet esse, de qua ipsius sollertia universe explicavimus Prolegom. ad Opera Platon. Vol. I. Part. I. p. XL. sqq. ed. 3.; idem etiam in Phaedone ab eo observatum esse certe nemo dubitet, qui omnis disputationis ordinem ac progressionem vel leviter animadverterit et consideraverit. Coniunxit enim philosophus in hoc sermone singulari quodam artificio Socratis morientis descriptionem, qua perfecti sapientis in ipso mortis articulo constituti imago ob oculos ponitur, cum explicatione argumentorum, quibus spes atque fides immortalitatis animorum confirmatur. Quod quidem sollertissime ita perfecit, ut etsi facile ambigas, utrum ipsi potius visum sit; tamen re accuratius considerata alterum alteri ita coniunctum esse intelligere queas, ut utrumque prorsus eodem pertineat, quandoquidem et imago sapientis placide ac tranquille, fortiter et constanter mortem obeuntis lucem suam accipit ex immortalitatis commentatione, et vicissim immortalitatis doctrina exemplo Socratis maxime confirmatur, quippe qui eius veritatem non modo verbis sed etiam factis comprobat ac tuetur. Nimirum ita pulcerrimo profecto concentu ratio et vita, doctrina et usus, denique ideale, quod dicitur, atque concretum in unum coniunctum videmus neque dubitari ullo modo potest, quin scriptor universum opus eo consilio composuerit, ut uno eodemque opere tam exemplo viri vere sapientis quam argumentis e philosophiae penetralibus repetitis immortalitatis spe confirmaretur, ideoque etiam, dum caussae et rationes propter quas animos immortales esse credi oporteret, ipsius Socratis admirabilis virtus in ipso mortis adventantis periculo demonstrata in illustriore luce poneretur. Quod quo clarius intelligatur age primum

quidem consideremus paullisper ea, quae ad personam Socratis pertinent; deinde paucis videamus, qua ratione philosophus in explicandis illustrandisque immortalitatis argumentis versatus sit.

Intuentes igitur Socratem, qualis in Phaedone adumbratus et expressus est, considerantesque eius mores, dicta atque facta, certe nullo negotio animadvertemus, esse eum ita informatum, ut perfectum sapientem cernere videamur, qui recte factorum conscientia sustentatus atque sapientiae disciplina ad spem et fiduciam futurae post mortem beatitatis erectus moriendi necessitatem ipsi iamiam imminentem non modo non horret, sed etiam laeto tranquilloque animo expectat, ita ut adeo lamentantes amicos amanter consoletur atque caussas et rationes, quibus immortalitatis spes nititur, admirabili ingenii acumine singularique disputationis subtilitate exponere, defendere, illustrare queat. Quamobrem ipso illo letali die, quo ei ultimum imminet supplicium, inter morientes amicos usque unus est, qui animi tranquillitatem et constantiam tueatur. Porro ille etiam is videtur esse, qui plenus pia erga deos fiducia (p. 60. C. — 61. D.) voluntati eorum per omnia obtemperare promtus et paratus sit, sapientia vero ea est imbutus, ut philosophum sibi persuaserit nihil aliud agere per totam vitam oportere, quam ut mori discat; philosophiam enim mortis esse commentationem, quandoquidem is, qui vel ad virtutis vel ad sapientiae laudem perventurus sit, nihil prius agere debeat, quam ut animum a rebus adspectabilibus, fluxis illis et caducis, avocet, et a corporis contagione, quantum fieri possit, abstrahat liberum que praestet, denique ad purae ac sincerae veritatis contemplationem et perfectae virtutis studium convertat, quod ipsum animi a corporis discessione, id est morte, effici. Nec vero ullo modo movetur dubitationibus illis, quas amici de immortalitate gravissimas in medium afferunt: imo eos lubenter audit rationes suas exponentes, auditosque admirabili cum tranquillitate et constantia meliora edocet, hilariter etiam subinde ridens atque seria iocis miscens. Denique etiam hausto mortifero poculo tam placidus, tam tranquillus, tam fortis et constans manet (p. 115. B. — 118.), ut quantumvis iam mortem adventantem sentiat, tamen pietatis adversus deos non immemor sit, atque placide exspirans in deorum immortalium socie-

tatem discessurus videatur. Quid igitur? ista legendo nonne ita afficimur animo, ut plane sentiamus Platonem ea scribentem nihil aliud spectavisse, quam ut philosophum, verum quidem illum atque germanum, depingeret, et quomodo idem vel inter moriendum suas partes tueretur, nobis ostenderet ac patefaceret? Enimvero est haec Socratis imago profecto tam grandis tamque excelsa, ut durus et inhumanus videatur necesse sit, qui ea intuenda non ad nobilioris, generosioris et excelsioris hominis cogitationem traducatur, qualem Plato utique in legentium animis excitare voluit.

Sed cum hac moribundi sapientis pictura coniuncta est arctissime explicatio argumentorum, quibus animorum immortalitas confirmatur. Quae quidem quoniam occupat maximam sermonis partem — pertinet enim inde a p. 70. A. usque ad p. 107 A. — facile existimari potest, quantum Plato ipse huic disputationis parti tribuerit. Nimirum etiamsi ipsi propositum fuit hoc, ut Socratis virtutem etiam in ipso mortis articulo prorsus admirabilem et prope incredibilem fuisse ostenderet, tamen sine dubio inprimis illud egit, ut animorum immortalitatem argumentis demonstraret quam firmissimis. Qua in re dignum est observatione quomodo versatus sit. Etenim quamquam ipse, sicuti postea ostendemus, pro ingenii sui acumine facile pervidit esse hunc locum eum, qui certam et evidentem demonstrationem non ferret, unam probabilitatis cuiusdam rationem caperet, tamen tantum certe, quantum rationis humanae viribus effici posset, tentandum experiendumque sibi esse iudicavit. Exposuit igitur argumenta gravissima, quibus videretur comprobari posse quod voluit. Quamquam non omnibus, quae hac in caussa suppeterent, philosophiae copiis usus est, quandoquidem in Timaeo, Phaedro, Legibus, Republica, etiam alia protulit, quae ad rationes immortalitatis confirmandas illustrandasque valeant. Nimirum prudenter philosophus, ne iustos sermonis fines ac terminos transgrederetur, nunc omisit quae dialogi angustiae non caperent, et ex omnibus, quae disputari possent, delegit ea, quae viderentur gravissima aut Socratis moribundi personae maxime convenientia, praesertim quum ita etiam sermone uti liceret maiore quadam eloquentiae laude conspicuo et illustri. Nam habet Phaedo Platonis hoc profecto vel maxime sibi proprium, quod non modo dignitate atque subtilitate rerum

quae in eo tractantur, excellit, sed etiam maximis eloquentiae dotibus, perspicuitate, suavitate, gravitate splendet, ut non tantum ad docendum, verum etiam ad delectandum atque movendum comparatus sit. Itaque Plato rem ita tractavit, ut in ea explicanda cum argumentorum subtilitate etiam admirabilem facundiae gratiam coniungeret; quo ipso evenit, ut hic liber ab omni antiquitate is habitus sit, in quo immortalitatis rationes pari eloquentia atque subtilitate expositae essent. Plurimum autem refert in cognoscendis iudicandisque argumentis, quae in medium afferuntur, ut artem philosophi animadvertamus, qua singula inter ipsa copulavit et ad maiorem quandam probabilitatem explicare conatus est. Continentur enim omnia atque singula ea necessitudine, ut alia cum aliis aptissime cohaereant et mutuam sibi lucem affundant. Ex cuius rei diligenti animadversione quoniam magnam partem pendet accuratior universae disputationis intelligentia, age paucis adhuc de hoc singularum argumentationum nexu et cohaerentia exponamus.

Exorditur igitur Socrates disputationem de immortalitate a considerando rerum contrariorum motu sive mutatione, quandoquidem contraria ostendit *) semper ex contrariis existere: unde denique effici vult, animum non interire, sed mutare tantum pristinum statum suum superioremque conditionem. Enimvero sapienter philosophus ante omnia animorum tanquam motum in disceptationem vocavit, quippe in quo conspiceretur quasi externa eorum vitae conditio. Quod si quis dubitet quamobrem ita fecerit, recordandum est, philosophum etiam iis, quae vi et natura sua constarent ac per se essent absoluta, quatenus essent *(ein Dasein hätten)*, relationis virtutem atque mutationem attribuisse. De qua re quoniam in Prolegomenis ad Parmenidem et ad Sophistam copiosius explicavimus, hoc loco paucis monuisse sufficiet. Tribuit igitur nunc animis duplicem tamquam motum. Duplex enim est eorum conditio; mors, quum corpore sunt soluti; vita, ubi cum corpore coniuncti vivunt. Itaque apparet, quaenam sit vis huius argumentationis. Etenim quum ei quoque, quod fiat et mutetur, in summa vicissitudine tamen constantia et aequabilitas, propria sit

*) P. 70 C_72. E.

ne animos quidem censuit morte absumi, quippe quae pariter atque vita terrestris nihil esset nisi status eorum atque conditionis permutatio, nunquam illa cessatura, nec tamen unquam animi vim vigoremque ablatura. Hanc vero esse vim huius argumentationis acrius etiam sentient, qui quae philosophus infra de animi natura exposuit, iam huc apud animum revocaverint atque cogitatione quasi praeceperint.

Sequitur deinde alia argumentatio, quae et ipsa ex iis est repetita, quae extrinsecus ad animum pertinent. Ostenditur enim animos iam ante hanc vitam olim viguisse, propterea quod idearum cognitionem non potuerint aliunde haurire, nisi ex rerum divinarum consideratione in vita superiore instituta*). Hic igitur nihil docetur aliud nisi hoc, animos iam ante hanc vitam terrestrem exstitisse; eosdem autem etiam in posterum esse mansuros, id vero ita demum apparet, si hanc disputationis partem cum iis, quae antea explicata sunt, in unum coniunxeris; id quod Plato ipse non obscure significavit**). Nam animus si olim viguit in rerum coelestium contemplatione, ex eadem illa lege, qua mortis et vitae subit vicissitudinem, post hanc vitam eodem rediturus est nec unquam interiturus.

His vero expositis progreditur philosophus ad virtutem animi propriam, quam quidem talem esse docet, ut ipse dissipari et interire non possit. Ostenditur enim animum per se spectatum, quia ideis sit cognatus, non esse compositum aut ex partibus conflatum, ideoque non posse dissolvi ac pessumdari***).

Igitur philosophus a reciproco statu animorum prudenter accessit ad idearum recordationem, quae cum illo arctissime nexa et coniuncta est; ab hoc vero transiit ad ipsius animi cum ideis, quarum recordatione pollet, cognationem, ut aliud argumentum ex alio nexum esse facile intelligatur.

Verumtamen postremi argumenti vis et gravitas ab ipso Platone rursus aliquantum minuitur, quandoquidem Simmiam facit disputantem fieri posse, ut animus harmoniae similis sit. Quo facto hanc disputationis partem

*) P. 72. E. — 77. A.
**) P. 77. A. — C.
***) P. 78. A. — 85. B.

rursus convellit adhibenda superiore argumentatione. Quod enim animos concessum est divinarum rerum notitias in vita superiore accepisse, id in harmoniam neutiquam convenire facile intelligitur*). Atque his deinde etiam alia adiiciuntur, unde animi et harmoniae discrepantia perspiciatur.

Jam vero refutata Simmiae dubitatione etiam Cebetis examinatur sententia, qui dubitari posse censuerat, num animi, etiamsi corporibus essent diuturniores, tamen pro immortalibus haberi possent. Ad quam dubitationem tollendam Socrates opus ait esse accurata eius, quod re vera sit, cognitione: putare autem sese res, quales natura sua sint, unice idearum vi et communione exsistere. Qua sententia probata denuo confirmatur, quod antea iudicaverat, animum non posse disperire propterea, quod maxima cum ideis intecederet ipsi cognatio et necessitudo**). Quippe ideae si rerum vim naturamque in se comprehendunt neque meris animi notionibus absolvuntur, consequens est, ut animus quoque in societatem et communionem veniat eius constantiae et perpetuitatis, quae ei, quod per se ipsum est et vi sua constat, propria censeri debet. Ex quibus sponte apparet, quam arcte haec quoque cum reliquis iuncta atque copulata sint.

Denique his omnibus subiungitur multo firmius etiam certiusque rei argumentum, utpote petitum ab ipsa animi indole atque natura, (conf. De Rep. I, p. 353. A. et Legg. X, p. 805.) atque ipsa doctrina idearum quasi in antecessum munitum et confirmatum, unde suum composuit Augustinus De Immortal. Animor. §. 14 sqq. Quidquid enim per se est, id Socrates natura sua nunquam contrarium suscipere aut pati arguit, sive illud per se seorsum constet, sive in rebus corporeis expressum cernatur. Iam vero animi vim naturamque (essentiam) in vita consistere arbitratur; ex quo effici vult, ut mors, quae animum corporis communione attingat, genus quoddam vitae iudicari debeat***). Quae si accurate perpenderis, eodem fere redire videbis, quo disputatio in Phaedro p. 245 sqq. instituta, quam Latinam fecit Tullius Tuscul. I, c. 25.

---

*) P. 85. C. — 86. D. P. 92—95. B.

**) P. 86. D. — 88. E. P. 95. A—100. A.

***) P. 100. A. — 107. A.

Itaque facile intelligitur, disputationem paullatim ab externis animorum rationibus traductam esse ad internam eorum vim naturamque exquirendam, quae posita est in cognatione cum ideis atque vita ipsis propria; singulas autem argumentationes ita inter se nexas et colligatas esse, ut alia aliam illustrare et confirmare existimanda sit.

Jam vero haec omnia considerantibus nobis et uno tamquam mentis obtutu contuentibus certe dubium esse non poterit, quodnam Platonis fecerit in hoc libro scribendo consilium et qua ratione in eo perficiendo usus sit. Spectant enim denique omnia eo, ut immortalitatis rationes explicentur atque illustrentur, ut manifestum esse debeat omnibus, id ipsum egisse philosophum, quum sermonem hunc perscriberet. Sed absolvit ille hoc opus suum sic, ut una eademque opera et philosophi in ipso mortis articulo constituti imaginem expresserit atque exemplo Socratis spem immortalitatis confirmaverit, et ipsam immortalitatis doctrinam exposuerit allatis rei argumentis subtilissimis iisque ad docendum pariter atque movendum accommodatis. Quo fit, ut et Socratis imago immortalitatis spem ac fiduciam in animis legentium excitet, augeat, communiat, et rationes immortalitatis in medium allatae eandem illam illustriorem reddant.

Verum satis haec de consilio philosophi. Argumenta ab eo in hoc libro exposita multi examinarunt, vel etiam confutare studuerunt ut de quo v. Tiedemannus Dialogorr. Platt. Argument. p. 19 sqq. Tennemannus in libro: Lehren und Meinungen der Sokratiker über Unsterblichkeit p. 323 sqq. System der Plat. Philosophie T. III. p. 98. sqq. Wyttenbach. Praef. ad Phaedon. p. XXXIV sqq. Gust. Fr. Wiggers in Examine Argumentorum Platonis pro immortalitate animi humani. Rostoch. 1803, 4. Franc. Pettavel: De argumentis, quibus apud Platonem animorum immortalitas defenditur. Berolin. 1815. 4. H. Kuhnhardt: Platons Phaedon mit besonderer Rücksicht auf die Unsterblichkeitslehre erläutert und beurtheilt. Lübeck. 1817. 8., ut alios taceam. Nec vero id cuiquam, ullo modo mirum accidet, totam caussam consideranti accuratius. Est enim locus de immortalitate in iis, qui eiusmodi demonstrationem, quae exploratam habeat eviden-

omnemque dubitationis fluctuationem excludat, neutiquam capiunt. Ex quo tamen minime id sequitur, ut omnino nihil, quod illuc referatur, probari queat. Imo coniuncta vis complurium argumentorum probabilium denique eo valet, ut si non sciri, at certe verisimiliter poni atque sumi posse sentiamus, quod ratione mathematica ad certae exploratae que veritatis perspicuitatem adduci non potest. Quod ipse quoque Plato sensit. Is enim rationi suae neutiquam tantum tribuit, ut eam nullis dubitationibus obnoxiam esse arbitretur. Imo quemadmodum nos, qui religionis Christianae luce sumus collustrati, argumenta ad spem immortalitatis confirmandam humana mente excogitata solemus sustentare quasi et adiuvare eo, quod Christi auctoritate freti credimus et confidimus immortales esse animos, ita Socrates apud Platonem disserendi subtilitati spem futurae felicitatis ac fiduciam religiosa pietate nitentem adiungit, quae fontem habet interiorem quandam animi persuasionem optimi cuiusque pectori tamquam divinitus iniectam firmissimeque inclusam. Cuius sententiae nostrae veritatem praeter alia testantur quae legimus p. 84. C. D. E. p. 85. C. p. 90. E. p. 91. A. B. C. p. 107 sqq. Atque hinc etiam illud explicationem habet, quod Plato in exitu sermonis mortuorum statum ita describit, ut fabularum utatur involucris, quibus ipsum constat fere ibi usum esse, ubi rerum tractandarum difficultas vel obscuritas maior videretur, quam ut omnino tolli posset. De qua re videquae disseruimus ad p. 107. D. Itaque praeclare Cicero Tuscul. I. 11. Evolve diligenter, inquit, Platonis eum librum, qui est de animo; amplius quod desideres nihil erit. Ad quae alter: Feci mehercule, et quidem saepius; sed nescio quo modo, dum lego, essentior: cum posui librum, et mecum de immortalitate animorum coepi cogitare, assensio illa omnis elabitur.

Quo tempore liber literis consignatus sit, viri docti vehementer dissentiunt. Schleiermacherus Praef. ad Phaedon. p. 6 sqq. ei medium locum inter Symposium et Philebum assignandum censet *). A quo dissentit

*) Putat enim vir summus Phaedonem et Symposium ea necessitudine contineri, ut utroque veri philosophi imaginem exprimi

Fr. Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 157 sq., qui eum proxime post Protagoram, Phaedrum et Georgiam in lucem prodiisse suspicatur. Wyttenbachius p. 172, eum arbitratur a Platone iuniore scriptum esse, cuius rei et stylus faciat indicium, et decretum de terrae sede p. 109 A. propositum, quippe quod pugnet cum iis, quae aetate provectior in Timaeo p. 40 B. scripserit. Socherus denique in libro De Scriptis Plat. p. 79 sqq. ipsum non ita multo post Socratis obitum confectum esse statuit. Nec vero in ipso opere reperiuntur temporis indicia certa aut evidentia. Nec tamen nobis persuadere possumus, librum statim post Socratis mortem scriptum esse. Nam primum quidem illo tempore verisimile est Critonem et Apologiam in lucem prodiisse, in quibus libris id ipsum egit philosophus, ut Socratis vel in iudicio vel in carcere versantis imaginem proponeret. Iam vero quis est quin largiatur Phaedonem his scriptis et argumenti gravitate et orationis elegantia adeo antecellere, ut vel hanc ob caussam aliquanto post scriptus videri debeat? Accedit quod philosophus illo quidem tempore scriptis illis divulgatis pietatis officio satisfecisse videri potuit. Sed alia etiam sunt, unde Phaedonem haud paullo post Socratis mortem editum esse coniicias. Explicatur enim in hoc libro locus de immortalitate ita, ut idearum doctrina ad eum illustrandum traducatur. Ea vero in Phaedone ita est perfecta, ita censummata et absoluta, ut in nullo alio libro magis. Quocirca suspicari licet hunc dialogum a Platone post primum demum iter in Italiam et Siciliam susceptum literis exaratum esse: nam illo tempore eum doctrinam suam, cognitis accuratius Eleaticorum, Megaricorum et Pythagoreorum placitis, et consummavisse et ad maximam subtilitatis perfectionem elaboravisse longe est verisimillimum. Cui doctrinae quam dissimilis ratio Platonis fuerit quo tempore Socrates iudicii periculum subibat, evidenter apparet e loco Menonis p. 81 A. sqq. et p. 80 A., ubi quum item de animorum immortalitate disseratur, tamen idearum doctrinae nulla reperiuntur vestigia; v. Prolegg. ad Politic., p. 31–37. Ad hoc accedit, quod Plato in

---

statuendum sit: in Symposio enim philosophum depingi, qualem se in vita exhibeat: in Phaedone autem philosophi morientis declarari virtutem; v. Praef. ad Sympos.

huius argumenti explicatione Pythagoreorum opiniones respexisse videtur, inprimis Philolai, cuius scripta fertur in Italia inferiore coëmisse, v. Boeckh. Philol. p. 18 sqq. p. 22. Quin universa doctrina de immortalitate animorum, qualem Plato informavit, Pythagoricae fuit originis, de quo v. Car. Frid. Hermann. Hist. Philos. Plat. p. 167. 290. 527. 684. Ac sunt etiam singularia quaedam, quae redolent Pythagoreorum sapientiam, veluti Orphica placita etiam Pythagoreis probata (v. Lobeck, Aglaoph. p. 796.) p. 62. 15. in. harmoniae mentio p. 86. B. coll. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. et p. 88. D. migratio animorum p. 81. E. sqq. numerorum et magnitudinum comparatio p. 102. A. et si quae sunt id genus alia. Ad Philolaum autem inprimis illud spectat, quod Simmias et Cebes a Socrate interrogantur, audiverintne Philolaum, quo tempore Thebis sit commoratus, de his rebus disserentem. Eodemque fortasse pertinet, quod Echecrates loquens inducitur, quem Pythagoreum fuisse Iamblichus aliique testantur. Nimirum ita philosophus callido artificio subobscure indicavit, ex quonam potissimum fonte doctrinae suae rationes duxisset et quos maxime respexisset. Cui sententiae nostrae minime officit, quod Philolaus narratur iam ante Socratis obitum Thebis commoratus esse ibique scholas habuisse. Nam primum quidem non sine caussa ab ipso Platone notatur viri in disserendo obscuritas, quae impedivisse videtur, quominus ratio eius tum recte perciperetur; deinde philosophus satis aperte significat Athenis quidem illo tempore sententiam viri nondum fuisse notam; denique illud ipsum, quod Plato narratur in itineribus suis accuratiorem placitorum Pythagoreorum notitiam sibi comparare studuisse adeoque sedulo conquisivisse eorum scripta, sane eiusmodi est, ut, si non temere confictum sit, quod nemo facile statuat, certissime arguat, eum antea parum subtili Pythagoricae doctrinae notitia instructum fuisse. Sed satis haec de re nobis quidem non iam amplius dubia, de qua v. etiam Commentar. ad Phaedon. p. 61. C. D. et Prolegg. ad Politic. p. 31. sqq. Prolegg. ad Opp. Plat. Vol. I. p. XXII sqq. Ceterum non inutile aut supervacaneum erit addidisse, ipsum Platonem libro decimo De Republ. p. 611. B. ad argumenta immortalitatis in Phaedone et Phaedro explicata respicere videri, omninoque totum illum locum non pauca habere, quae cum Phaedone, inprimis nobilissimo eius loco p. 114. B. sqq., mirifice

consentiunt. Ex quo non temere videmur colligere, Phaedonem aliquanto tante Rempublicam in lucem emissum esse.

DE CODICIBUS MANUSCRIPTIS.

Codicum ad hunc librum exactorum duo sunt genera. Alii enim diligenter excussi sunt seduloque in singulis partibus comparati; alii vel inspecti negligentius vel rarius ad usum criticum revocati. Itaque illorum potissimum ducenda ratio fuit, neque his magnum momentum tribuendum, nisi sicubi dubiam aliquam lectionem suffragio suo confirmarent.

Diligenter excussi et ad usum criticum revocati sunt codd. hi: Bodleianus sive Clarkianus. Coislin. Γ. Vat. Δ. (quem et Bekkerus et Bastius contulerunt). Ven. ΛΞΠ. Vind. Υ. Φ. (nobis in Apologia et Critone numeris 2. etc. 6. signati). Par. CEGHIL. et quem Bastius excussit Paris. 1808. a nobis litera A signatus. Ambrosianus. Hi omnes praeter Clarkianum, qui a Gaisfordo examinatus est, et praeter Par. A., a Bekkero collati sunt, numero quindecim. Ad hos accedunt Florentini a. b. c. d. i. m., quorum varias lectiones diligentissime enotatas viri clarissimi de Furiae sollertiae debemus. Vicesimus secundus est Zittaviensis, quem Rudolphus exploravit; vicesimus tertius et quartus Tubingensis et Augustanus, unde varietatem lectionis Fischerus cum eruditis communicavit.

Ex his libris primas tenent Bodleianus, Coislinianus, Vaticanus, Tubingensis, Veneti ΞΠ. Vindobonensis Φ. Parisinus G. Florentinus d. Nec multum iis postponendi sunt Ambrosianus, Augustanus, Zittaviensis. Ven. Λ. Vindob. Υ., sed illis tamen tribuendum est plurimum.

Minus auctoritatis et utilitatis habent codices Vindobonenses 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8., propterea quod eorum lectiones a Wyttenbachio paucis tantum locis memoratae sunt, licet is a Bastio eadem diligentia enotatas accepisset, qua nos ad Apologiam et Critonem. Sed compensavit hanc iacturam aliquatenus diligentia Bekkeri, qui secundum atque sextum, quos literis Υ et Φ insignivit, accuratissime examinavit. Non maiorem Wyt-

tenbaehius diligentiam praestitit in enarrandis lectionibus codicum Venetorum c. d., quarum usum Morellio debuit. Itaque his quoque in critica factitanda non nisi paucis locis aliquid pretii est.

Ceterum Ven. a. et b., unde Bastius varias lectiones excerpsit, iidem videntur esse, quos Bekkerus appellavit ΞΠ. De Ven. b. id non est dubium. Sed Ven. a non esse eum, quem Bekkerus signavit Σ., ex iis colligo, quae hic Praef. p. XIII. de codice n. 189. narrat. Itaque Bastius fasciculum variarum lectionum ad Critonem, Apologiam et Phaedonem errore videtur numero codicis 189. inscripsisse, quum vellet 184. Qui error etiam ad Apologiam et Critonem notandus fuit. Maximam autem consensionem esse Ven. Ξ et eius, quem falso n. 189. inscriptum putaveramus, vel ex iis intelligi poterit, quae ad Apologiam et Critonem inde enotavimus.

Restat ut narrandam sit, Christophorum Eberh. Finckhium nuper novo sibi munere homines litterarum Graecarum studiosos devinxisse, quippe qui tandem ex bibliothecarum latebris in publicam lucem protraxit: Olympiadori Scholia in Platonem, atque doctis commentariis instructa edidit, Heilbronnae sumtibus J. Ulr. Sandherr 1847. 8. Quem quidem librum Phaedonis lectoribus omni, qua par est, observantia et humanitate legendum commendamus.

Virum claudantur aliquando rivuli; sat prata biberunt. Plura, si Deus voluerit, alio tempore opportuniore.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
ΕΧΕΚΡΑΤΗΣ, ΦΑΙΔΩΝ, ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΕΒΗΣ, ΣΙΜΜΙΑΣ, ΚΡΙΤΩΝ,
Ο ΤΩΝ ΕΝΔΕΚΑ ΥΠΗΡΕΤΗΣ.

Cap. I. Αὐτός, ὦ Φαίδων, παρεγένου Σω- 57
κράτει ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ τὸ φάρμακον ἔπιεν ἐν τῷ
δεσμωτηρίῳ, ἢ ἄλλου του ἤκουσας; ΦΑΙΔ. Αὐτός,

Cap. I. *Αὐτός, ὦ Φαίδων*] Phaedo fuit Elidensis, quandoquidem patria eius fuit Elis, urbs Elidis, regionis Peloponnesi. Is quum nobili ortus familia esset, adolescens una cum patria captus et in servitutem coniectus magnam fortunae indignitatem expertus est, usque dum eum Socratis hortatu Alcibiades, aut, ut alii narrant, Crito vel Cebes Socraticus redimeret et in libertatem vindicaret. v. Gell. N. A. II. 18. Diog. L. II. 31. Ex quo tempore philosophiae studiis operam dedit atque Socratis usus est institutione ac disciplina. v. Diog L. II. 31. 105. Quemadmodum autem ipse Socrati inprimis carus fuit, id quod praeter alios etiam Plato ipse Phaed. p. 89 — 91 testatur, quippe magistrum narrans ita cum eo confabulatum esse, ut caput eius amanter demulceret; ita ipse quoque videtur magistri fuisse amantissimus, cuius rei indicium hoc est, quod apud Platonem nihil quidquam ait sibi esse gratius aut iucundius, quam Socratis renovare memoriam, quodque p. 117. C. vehementissimo dolore affectus est, ubi Socrati iamiam mortem imminere videt. Extitit postea auctor novae familiae, quae dicta est Eliaca, ac multa habuit cum schola Megaricorum communia v. Diog. L. II. 105. Strabo IX. p. 602 B. ed. Almel. Hesychius III. p. 39. ed. Meurs. et Suidas. v. *Φαίδων*. Numeratur tamen a Diogene II. 47. inter Socraticos. Et certe dialogos scripsit, qui Socraticum morem rationemque exprimerent v. Diog l. c. Quamquam in iis componendis videtur versatus esse liberius atque suo ipsius ingenio ac doctrinae

nonnihil indulsisse. Ex quo originem duxit perversum nonnullorum iudicium, qui Panaetium Stoicum putaverunt Phaedonis Platonici fidem atque auctoritatem in controversiam vocasse, in quorum numero fuit inprimis Leonidas Alexandrinus in Epigrammate Anthol. Gr. X. 358. = I. 44, 4. Nimirum Panaetius neutiquam librum Platonis in dubium vocavit, sed Phaedonis et Euclidis dialogi num pro Socraticis probandi essent, ambigendum statuit. Nam ita intelligenda putamus quae de eo narrantur Diog. L. II. 64. coll. III. 37. *πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένους, Αἰσχίνου· διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνος καὶ Εὐκλείδου· τοὺς δὲ ἄλλους ἀναιρεῖ πάντας*, h. e. omnium vero Socraticorum dialogorum Panaetius censet solos Platonis, Xenophontis, Antisthenis atque Aeschinis germanam referre Socratis rationem ac disciplinam; de Phaedonis autem et Euclidis libris ambigit; ceteros omnes numero Socraticorum eximit. Hunc igitur Phaedonem Plato in hoc sermone iussit ea narrare et exponere, quae Socrates ultimo vitae die fecisset ac disputavisset, adeoque nomine ipsius librum inscriptum voluit. In quo cum Gellio N. A. II. 18. et Macrobio Lat. I. 11. agnoscimus honoris cuiusdam testificationem, unde facile coniicias, etiam Platoni cum eo arctiorem quandam amicitiam ac necessitudinem intercessisse, quo tempore hic dialogus litteris exaratus est, fortasse contractam illam arctius aut renovatam, quum philosophus Peloponnesum per itinerum post Socratis mortem susceptorum opportunitatem inviseret. Ceterum quod Athenaeus XI. 15. p. 505. E. narrat, Phaedonem, lecto Platonis dialogo, negavisse sese unquam tale quiddam exposuisse, id sicuti nemini cuiquam mirum accidet qui morem et consuetudinem dialogorum meminerit, ita etiam eo valere debet, ut quae in Phaedone exponuntur, ea uni maxime Platoni deberi certius nobis persuadeamus. — Narrat autem Phaedo sermonem Echecrati, apud quem hospes devertit, atque aliis eius familiaribus. Nam praeter Echecratem etiam *κωφὰ πρόςωπα* fingi praesentia ipsum Dialogi exordium docet. Eum habitasse Phliunte ipse Plato indicat. Et vocatur etiam a Diogene Laërt. VIII. 46. et Iamblicho Vit. Pythag. §. 250 sq. Phliasius. Quamquam huius nominis ratio alia est, quam alicui primo adspectu videatur, siquidem intelligitur Pythagoreus ille Echecrates, quem Diogenes et Iamblichus memorant; de qua re nostro quidem iudicio nulla potest esse controversia. Etenim audias Ciceronem De Fin. V. 29. ita scribentem: — cur Plato Tarentum ad Archytam, cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem, Locros etc., quocum facit etiam Valer. Max. VIII. c. 7, 3. extern. Oriundus igitur Echecrates Locris fuit. Sed cognomen Phliasii inde, opinor, accepit, quod postea relicta Italia inferiore rerum suarum sedem ac domicilium transtulit Phliuntem, urbem Sicyoniae, non procul ab Isthmo sitam, cui fortasse ideo aliquid necessitudinis cum Pythagoreis intercedebat, quod Pausania II. 14. testante ibi natus erat Hippasus, Pythagorae proavus, quem ipsum tamen relicta patria Samum migrasse memoriae proditum est. conf. etiam Diog. L.

VIII. 1. ibique iutpp. Quid commoverit Echecratem, ut patria relicta in Peloponnesum migraret, non obscure intelligitur ex Iambiich. Vit. Pythagor. §. 250 sq., ubi de Pythagoreis illorum temporum narrantur haec: *οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῆς Ἰταλίας, πλὴν Ἀρχύτου τοῦ Ταραντίνου, ἀθροισθέντες δὲ εἰς τὸ Ῥήγιον ἐκεῖ διέτριβον μετ' ἀλλήλων, καὶ τῶν πολιτευμάτων ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαινόντων*, i. e. dum etiam civitates iu peius ruebant (quae verba male sollicitavit Kusterus). *ἦσαν δὲ οἱ σπουδαιότατοι Φάντων τε καὶ Ἐχεκράτης καὶ Πολύμναστος καὶ Διοκλῆς, Φλιάσιοι, Ξενόφιλος δὲ Χαλκιδεύς, τῶν ἀπὸ Θρᾴκης Χαλκιδέων. ἐφύλαξαν μὲν οὖν τὰ ἐξ ἀρχῆς ἤθη καὶ τὰ μαθήματα, καίτοι ἐκλειπούσης τῆς αἱρέσεως, ἕως εὐγενῶς ἠφανίσθησαν. ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόξενος διηγεῖται.* Ex quibus apertum est pravam rerum civilium conditiouem extitisse caussam, cur homines sapientissimi Italiam deserendam putarent, quamquam cuius generis illa fuerit, iu obscuro latet. Rem ipsam confirmat etiam Diog. L. VIII. 46. *τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων.* Quo loco quod scriptor etiam narrat Pythagorae rationem ac disciplinam viguisse *μέχρι γενεῶν ἐννέα ἢ καὶ δέκα*, ratio sibi constat, si inde ab Olymp. LX. repetas et singulas generationes annis XX. absolvas, id quod dudum docuerunt Iust. Lipsius Manud. ad Philos. Stoic. Diss. 6. et Rich. Bentleius Diss. de Epist. Phalar. p. 81. Inter *τοὺς τελευταίους* Pythagoricos etiam Diodor. Sic. XV. 76. eos refert, qui Platonis, Xenophontis, Isocratis et Epaminondae aetate vixerint, cogitans sine dubio de iisdem illis, quos Diogenes et Iamblichus nominatim memorant. Nimirum videtur tum utique secta Pythagoreorum exolevisse, usque dum aliquot saeculis post denuo revivisceret. Iam vero haec si probabiliter disputavimus, facile apparet sermonem Phaedonis nomini inscriptum neutiquam statim post Socratis obitum enarratum fingi, in qua sententia praeter alios etiam Wyttenbachius fuit, qui Phaedonem voluit paucis post obitum Socratis diebus cum Echecrate loquentem induci. Enimvero isto quidem tempore Echecrates nondum Phliunte habitavit, sed versatus est adhuc in Italia inferiore, ubi eum Plato, teste Cicerone, praeter alios Pythagoreos salutavit, quum Socrate mortuo longinquiora suscepisset itinera. Ex quo consequitur, ut dialogum interiecto aliquo temporis intervallo post Socratis mortem habitum putare debeamus. Quod quidem tempus quodnam aut quale sit, si quaerimus diligentius, Plato ipse rem non ita obscure significavit. Indicat enim verbis clarisssimis, quo tempore colloquium habitum sit, iam diutius dicens nec quemquam civium Phliasiorum Athenas profectum esse, neque vicissim Athenis hospitem aliquem venisse Phliuntem, qui certius quiddam de ultimis Socratis dictis factisque narrare potuerit. Ex quibus verbis intelligitur, eo tempore, quo sermo habitus est, commercium inter Phliuntem atque Athenas valde impeditum fuisse ac tantum non interclusum. Quod quidem ubi quaerimus quando ita accidere potuerit, ultro deferimur ad tempora belli Corinthii, de quo v. Cornel. Nep. Ages. c. 5. Diodor.

1 *

ὦ Ἐχέκρατες. ΕΧ. Τί οὖν δή ἐστιν ἄττα εἶπεν ὁ ἀνὴρ πρὸ τοῦ θανάτου; καὶ πῶς ἐτελεύτα; ἡδέως

P. 57. *ἡδέως γὰρ ἂν ἀκούσαιμι*] Bodl. Vat. Ambr. Flor. d. et rec. Ven. *II.* *ἐγὼ* ante *ἀκούσαιμι* interponunt, quod tamen

Sic. XIV. 83. Isocrat. Panegyr. c. 33. et 40. Demosth. adv. Leptin. §. 41. ibique intpp. Quippe post pugnam ad Coroneam, ut ait Nepos l. c., omne bellum collatum est circa Corinthum. Quod ita evenit inde ab Olymp. 96. 3. = 394. a. Chr. n. Itaque circa hoc tempus, i. e. quinque sexve annis post Socratis obitum, colloquium Phliunte habitum fingi putamus. Enimvero tum Echecrates recens in eam urbem venisse existimandus est, adeoque curiose anquisivisse, ecquid certius de ultimis viri sapientissimi dictis atque factis resciscere posset. Quod quum belli tumultus diutius prohibuissent, opportune cecidit, quod tandem recentem Peloponnesi incolam Phaedo invisit Eleus, qui ei narravit, quae accuratius audire dudum avide concupivisset. Cuius sententiae nostrae etiam has caussas et rationes habemus. Etenim primum quidem colloquium aliquanto post Socratis condemnationem habitum fingi verisimile fit ex postrema Phaedonis parte c. 67. p. 118., ubi Phaedo Socratem praedicat tanquam virum omnium optimum, quos tum, quum viveret, usu cognoverint. Quod quis est quin sponte videat ita dictum esse, ut iam longius temporis spatium inde ab eius obitu effluxisse significetur? Nimirum in magno profecto opinionis errore versati sunt qui eum locum putarunt vitio affectum esse, quem longe esse sincerissimum, nunc tandem disputatione nostra evidentissime demonstravisse videmur. Deinde quod Echecrates p. 58. A. curiose sciscitatur de solemnibus inter Delia Athenis usitatis, certe non potuerunt illa ei ignota esse, qui iam diutius in Sicyonia habitavisset aut ibi natus esset atque educatus. Ex quo colligimus Echecratem, quo tempore sermo habitus est, recentem in Peloponneso fuisse advenam, quem Atheniensium sacra, quamvis ceteroquin satis nota ac celebrata, adhuc laterent. Atque haec si probabiliter disputavimus, certius iam opinor etiam de tempore habiti colloquii constabit. Quod si quaeris, cur Plato in Olymp. 96. 3. vel 4. transtulerit, caussas rei videmur satis idoneas in medium afferre posse. Nam primum quidem ita Socratis ultima facta atque verba narrantur viro haudquaquam vulgari, sed gravi philosopho eique Pythagoreo. Cui quid tandem suavius aut iucundius esse potuisse putabimus, quam Socraticam de immortalitate animorum disputationem, quippe quae id argumentum attingeret, quod multiplicem haberet cum Pythagorica doctrina et ratione coniunctionem et necessitudinem? Quin etiam si vera sunt quae supra e Iamblicho et Diogene de Pythagoreis retulimus, totum sermonem coram Pythagoreis Phliunte versantibus narratum fingi admodum verisimile est. Nam quum apud Echecratem, quo tempore Phaedo ei de ultimis Socratis rebus exposuit etiam hospites praesentes affuisse appareat ex p. 57. B. 58. A. D. (*ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι*,

γὰρ ἂν ἀκούσαιμι. καὶ γὰρ οὔτε τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν Ἀθήναζε,

nescio quomodo molestum ac paene inurbanum videtur. Recepεruat tamen Turicenses. v. etiam ann. ad p. 108. D.

τῶν πολιτῶν Φλιασίων] πολιτικῶν Vind. 6. Flor. a.

et πειράσομαι ὑμῖν διηγήσασθαι sl.); sponte nascitur suspicio hos ipsos non alios intelligi quam Pythagoreos, qui Iamblicho et Diogene testantibus, una cum Echecrate ex Italis in Sicyoniam migraverant et Phliuntem rerum suarum sedem ac domicilium delegerant, hoc est, Phantonem, Polymnastum atque Dioclem cum eorum amicis et familiaribus. Ex quibus facile intelligitur, ut iam antea diximus, Platonem sollertissime sic instituisse, ut disputatio de ultimis Socratis rebus atque animorum immortalitate iis viris enarrata videri debeat, qui eius auditores longe fuerint dignissimi. Deinde philosophus eadem opera hoc consequutus est, ut legentibus aliquo modo ac veluti per transennas significari liceret sese hoc opus illo demum tempore condidisse, quo opibus Pythagoreorum ad augendas doctrinae suae copias uti potuisset. Quod quidem artificium ad tempora scriptorum suorum prodenda etiam alibi ab eo adhibitum esse alia opportunitate ostendisse videmur. Sed de tempore scripti operis, quod probe distinguendum est ab eo tempore, quo sermo habitus fingitur, diximus in Praefatione extr. Itaque haec nunc missa faciamus satis habentes, si disputatione nostra initio atque fini operis Platonis aliquid novae lucis attulisse existimabimur

Τί οὖν δή ἐστιν ἅττα ε.] Sic p. 58. C. τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα. Gorg. p. 508. C. σκεπτέον, τί τὰ συμβαίνοντα; Euthyphron. p. 15. A. ἀλλὰ τί δή ποτ' ἂν εἴη ταῦτα; ubi v. annot. Aristoph. Av. 996. ταυτὶ δέ σοι τί ἐστιν; Contra Phaedon. p. 112. A. ἀλλὰ τίνα δὴ ἦν τὰ μετὰ ταῦτα λεχθέντα; Similiter Terentius Hecyr. I. 2, 22. Sed *quid* hoc negoti est modo *quae* narravit mihi Bacchis?

οὔτε τῶν πολιτῶν Φλιασίων] Memorabilis est haec verborum collocatio, pro qua legitima ratio exigere videatur τῶν Φλιασίων πολιτῶν vel τῶν πολιτῶν τῶν Φλιασίων. Itaque fuerunt qui nomen Φλιασίων tanquam supervacaneum delendum iudicarent, veluti Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 1018. et vir doctus in diario: Wiener allgem. Litt. Zeit. a. 1814. n. 87. Alii, inter quos est Fr. Aug. Wolfius, post πολιτῶν articulum τῶν inserendum censuerunt, quam lectionem unus codex exhibet apud I. Bekkerum. Sed haec scriptura quum orationi mirum quantum languoris afferat, nomen Φλιασίων autem ne in uno quidem codice desideretur, res alio modo videtur explicanda esse. Putamus vero istiusmodi nomina sine articulo aliis per appositionem adiungi, quia quum ad rationem eorum aliquam extrinsecus accedentem indicandam valeant, tum etiam ipsa per se adeo definita sunt ut articuli accessionem non necessario requirant. Eodem modo Plat. Apolog. Socr. p. 32. A. καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα. Menon. in. καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται Λαρισσαῖοι. Xe-

E οὔτε τις ξένος ἀφῖκται χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν, ὅστις ἂν ἡμῖν σαφές τι ἀγγεῖλαι οἷός τ' ἦν περὶ τούτων, πλήν γε δὴ ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν εἶχε φράζειν. ΦΑΙΔ. Οὐδὲ τὰ περὶ
58 τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε ὃν τρόπον ἐγένετο; ΕΧ. Ναί, ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις, καὶ ἐθαυμάζομέν γε, ὅτι, πάλαι γενομένης αὐτῆς, πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. τί οὖν ἦν τοῦτο, ὦ Φαίδων;

ἀγγεῖλαι οἷος τ' ἦν] ἀπαγγεῖλαι Vat. Ambr. Vind. Φ. Pro ἦν, quod firmant Bodl. Ven. Π. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. Par. G. Ambr., vett. editt. ἢ scriptum habent.

P. 58. Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δ.] Vat. om. τά male.

ἡμῖν ἤγγειλέ τις] Ald. Bas. 1. 2. ἤγγελε: unde Steph. fecit ἤγγελλε, invitis codicibus omnibus.

τί οὖν ἦν τοῦτο] Deest οὖν in Coisl. Ven. Δ. Par. A. CEHI. Flor. a. c. m. Zitt. et paucis aliis.

noph. Ages. I. 10. τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις Ἑλληνίδας, h. e. scilicet Graecienses. Herodot. I. 64. ἡ νῆσος Δῆλος, quod cave mutandum putes. Pausan. I. 10, 5. τῆς γυναικὸς Ὀδρυσιάδος. I. 13, 4. τῇ νήσῳ Σφακτηρίᾳ. Ibid. III. τὴν πηγὴν Πελλανίδα. Verba Platonis affert etiam Grammaticus Bekker. Anecdot. I. p. 352, 25. unde receptae scripturae novum robur ac firmamentum accedit. Neque istud Φλιασίων ullo modo attrectandum fuit. Quod qui eliminari voluerunt, hi non satis apud animum suum reputarunt ista ratione remotum iri id vocabulum, quo uno legentes maxime monentur scenam dialogi Phliunte esse constitutam, quorsum Phaedo Elidensis nuper visendi Echecratis caussa profectus erat. Deinde verbo ἐπιχωριάζειν, commorari, additur Ἀθήναζε, Athenas, per illam loquendi consuetudinem, quam illustravimus ad Euthyphron. p 96. Solent enim Graeci vocibus motum in locum significantibus adiungere verba quietem et statum significantia, ita, ut binas sententias una eademque verborum comprehensione complectantur. Itaque sensus hic est: nam nemo civium Phliasiorum nunc Athenas venit ibique commoratur. Xenoph. Anab. I. 2, 2. παρῆσαν εἰς Σάρδεις, h. e. Sardes venerunt ibique fuerunt. Exempla plura si quis desideret, is adeat Valckenar. ad Herodot. I. 21, 4. Marklandum ad Tyr. Maxim. Dissert. XLI. §. 5. al. Itaque perperam Henr. Stephanus Thes. IV. p. 663. ἐπιχωριάζειν interpretatur ventitare, quamvis probante Heindorfio: neque melius explicat Wyttenbachius peregre venire et abire in locum.

ὅστις ἂν ἡμῖν — οἷός τ' ἦν] Quum dicat hoc, neminem potuisse certi quidquam ea de re narrare, recte videtur Heindorf. edidisse οἷός τ' ἦν, comprobante etiam Hermanno praefat. ad Eurip. Suppl. p. XIII frustra repugnante Wolfio Scholar. in Platon. Phaedon. p. 8. Reisigius commentat. de

ΦΑΙΔ. Τύχη τις αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη·
ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμ-
μένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπου-
σιν. *ΕΧ.* Τοῦτο δὲ δὴ τί ἐστιν; *ΦΑΙΔ.* Τοῦτό
ἐστι τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς
ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων B
καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν Ἀπόλλωνι
εὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε, εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου

Ἀθηναῖοι πέμπουσιν] Quod vulgo post *πέμπουσιν* additur *κατ' ἔτος*, cum Bodl. Coisl. Ven. *ΑΞΠΥ.* Tubing. Aug. Flor. a. b. c. d. i. Par. CEIHL. Zitt. omisimus. In Bodl. tamen teste Gaisfordio margini adscriptum legitur. Sed nimirum res accuratius in sequentibus declaratur.

Θησεύς ποτε] Vat. Par. G. Ambr. *ποτε Θησεύς*. Mox Par. E. Flor. b. *ἀγαγών*.

ἂν particnla p. 113. *ὅςτις ἂν — ἦν* minns eleganter poni iudicabat propter antegressum tempus perfectum, *ἀφῖκται*. Quod tamen vide ne hoc modo explicandum sit: *οὔτε τις ἔστι τῶν ξένων τῶν ἐκεῖθεν ἀφικομένων, ὅςτις — οἷός τ' ἦν*. Prorsus eodem modo Euripid. Medea v. 1306. *οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ ἔτλη ποθ'*. Et videntur hanc rationem confirmare etiam proxima: *πλήν γε δὴ ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι*.

B. *Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπ.*] In his ne qnis *τὰ περὶ τὴν δίκην* reqnirat, acite ostendit Fischerus *περὶ* cum secundo casu esse coniunctum propter verbnm *ἐπύθεσθε*. v. ad Apolog. Socrat. cap. XX. p. 32. B. et infra ad cap. XXII. p. 76. D. coll. Matthiae §. 595. 5. ad b.

P. 58. *ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις*] Quod *μὲν* ponitur non sequente *δέ*, eius rei caussam declaravimus ad Criton. p. 43. D. *ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν*.

πολλῷ ὕστερον] tringinta diebus post, id quod satis docet locns Xenoph. Mem. IV. 8, 2. conf. Epistol. Socrat. 14. Seneca Epist. 70.

τί οὖν ἦν τοῦτο] h. e. cnr id ita factum est?

ἡ πρύμνα ἐστ. τ. πλοίου — πέμπουσι] De hac re v. quae narravimus ad Criton. cap. I. extr.

ἐστεμμένη] h. e. lauro ornata, quae sacra erat Apollini.

πέμπουσι] sollemniter mittnnt. Proprium hac in re vocabulnm. vid. Spanh. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 279.

ἐν ᾧ Θησεύς —] „Nimirnm Minos, rex Cretae, necis Androgei, filii sui, vindicandae causa, v. Plutarch. vit. Thesei p. 6. Pausan. I. 27 extr., Athenienses oppugnatum venerat; sed discessit tandem hac lege, ut ipsi nono quoque anno tributi loco Cretam mitterent septenas virgines totidemque pueros (*ἠϊθέους ἑπτὰ καὶ παρθένους τοσαύτας* Plutarch., *παρθένους ἑπτὰ καὶ παῖδας ἴσους* Pausan.), qui devorarentur a Minotauro in Labyrintho. Hi sunt *οἱ δὶς ἑπτὰ ἐκεῖνοι*. The-

ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἣν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν

B. *καθαρεύειν τὴν πόλιν*] Sic Bodl. Vat. Coisl. Vindobonenses, Veneti, Par. ACGHL. Ambr. Flor. a. c. d. m. Zitt. pro vulg. *καθαριεύειν*.

εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται] *τε* cum Bekkero addidimus e Vat.

seus, quum tertia tributi periodo (*ποτὲ*) hoc in numero esset, occidit Minotaurum, rediitque cum comitibus salvus, h. e. *καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη*. v. Plutarch vit. Thesei p. 6 sqq. Pausan. I. 27 p. 67. Meursius Thes 16." FISCHER. Conf. Plat Legg IV. p. 70. Catullus Epithal. Pelei et Thetid v. 76. Virgil. Aen. VI. 20 Ovid. Metamorph. VIII 170.

B. *θεωρίαν ἀπάξειν*] *θεωρίαι* sunt sacrae legationes, quales quum in alia loca tum etiam in Delum insulam festorum dierum tempore solenniter mittebantur auctoritate publica. De iis dixerunt praeter alios Spanhem. ad Callimach. hymn. in Delum. 314. Duker. ad Thucyd. III. 104. V. 6. Morus ad Isocr. Paneg. c. 48. Boeckh. Oeconom. Att. I. p. 230 sqq Meier. De sacris legationibus Commentat. Halis Sax. 1837. 4. Hermann in libro: Gottesdienst. Alterthümer der Griechen §. 31. Nominis sic usurpati origo repetenda videtur a *θεός* et *ὤρα*, cura, *ὠρεύω*, curo, tueor, vel *ὠρέω*, quod Suidas memorat, ita ut eo rerum sacrarum curatio designetur: unde etiam ipsi legati dicti sunt *θεωροί*, et navis, qua vehebantur, *θεωρίς*. Quamquam alii, in quibus Meierus est, illud a *θεᾶσθαι* deducunt, parum quidem verisimiliter. v. Valcken. ad Ammon. p. 92 coll. ann. ad Herodot. I. 155. et Ruhnken. Epist. crit. p. 100. — De Deliis praeter Meursium in Theseo. 16. Petitum ad Legg. Attic. p. 50 Taylorum ad Marmor Sanduic. Spanhem. ad Callimach. l. c. consulendi sunt inprimis Boeckh. in libro: Abhandlungen d. Berlin. Akadem. d. Wissenschaften a. 1834. p. 1 — 22. Hoeck. De Creta insula Vol. II. p. 133 sqq. Boeckh. Oeconom. Att. Vol. II. p. 217 sqq. Bergk. Comoed. Att. Reliq. p. 35 sqq. C. Fr. Hermann in opere: Gottesdienstliche Alterthümer d. Griechen §. 60 et §. 65. atque in Commentat. De theoria Deliaca Gotting. a. 1847. 4. emissa. Distinguenda autem sunt Delia duplicis generis, altera quinquennalis (*ἡ πεντετηρίς*), altera anniversaria. Quinquennalia erant inter celeberrimos Graecorum festos panegyricos, in honorem Apollinis ac Dianae antiquitus instituta, ad quae concelebranda non modo incolae circumiectarum insularum, inprimis Iones, confluebant, musica et gymnica certamina spectaturi atque etiam mercatum cum illis coniunctum frequentaturi; sed etiam Athenae, Ionicae stirpis metropolis, solemnem legationem mittebant, quo et ipsae in sacrorum pervenirent societatem. Et postremum quidem teste Thucydide III. 104. Athenis ita institutum est inde ab Olymp. 88. s. 426. a. Chr, quo tempore facta est ce-

καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται τὸ πλοῖον καὶ πάλιν δεῦρο· τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται, ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς. ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῶς θεω- C

Tubing. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Ambr.

ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι] Articulum *οἱ* vulgo ante *ἄνεμοι* interpositum Bodl. Coisl. et plerique omnes omittunt; tuetur Par. E., quem Stephanus est secutus.

lebratissima illa Deli lustratio, quam is luculente descripsit. Quamquam etiam dudum antea inter Athenienses ac Deli incolas similis certe obtinuit coniunctio et necessitudo, quandoquidem Thucydides narrat insulam iam olim a Pisistrato fuisse lustratam, omninoque conventus istos Ionum et insulanorum circumcirca habitantium fuisse antiquissimos. v. Thucyd. l. c. Philochor ap. Schol. ad Soph. Oed. Col. v. 1043. Dorvill. in Miscell. Obss. VII. p. 44. Boeckh. Corp. Inscriptt. II. p. 225. et quae disputat Hermannus l. c §. 65. Ab his autem sacris quinquennalibus diversa fuerunt *Δήλια* annua. Ea enim ab Atheniensibus celebrabantur in memoriam eorum temporum, quibus ipsi per Theseum liberati erant a saevissimo servitutis iugo iis a Cretibus imposito, quo victimas humanas vectigalis instar quotannis in Cretam mittere coacti erant; de qua re modo explicatum est. Quamquam haec quoque sacra pertinuerunt ad cultum Apollinis Delii, atque eodem fere tempore videntur peracta esse, h. e. die Apollinis natali, qui fuit dies sextus vel septimus mensis Thargelionis. v. Diog. L. II. 44. Plutarch. Quaest. Symp. VIII. 1. 2. coll. Spanhem. ad h. in Del. v. 251. Plutarch. Vit. Niciae c. 3. ubi pompa solemnis usitata describitur; Boeckh. Oecon. Att. T. II. p. 218. Müller De Doriensibus. T. I p. 243. Ex his igitur manifestum est apud Platonem annua Delia intelligi, non quinquennalia.

ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι] Servatus hic mos est usque ad tempora Demetrii Phalerei, teste Plutarcho in vita Thesei p. 10. C. c. 23. coll Boeckh. Urkunden des Attischen Seewesens p. 77.

Ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται—] h. e. postquam puppis navis corona laurea ornata est, ut Phaedo ipse docet. Deinde quod vulgo legebatur *καθαριεύειν*, id ferri nullo modo potest. Quum enim hoc verbum, si quidem usitatum fuit, quod vehementer dubitamus, descendat a *καθάριος*, munditiei studiosus, de qua voce v. Valcken. ad Xenoph. Mem. II. 1, 23., nil aliud potest significare nisi munditiei studiosum esse; quod nemo est quin videat ab hoc loco prorsus abhorrere. Itaque verissime codd. meliores *καθαρεύειν*, h. e. purum esse neque suppliciis polluì, exhibent, quod ab interpretibus recentioribus omnibus probatum est. Additur autem *τὴν πόλιν*, quo indicetur hanc legem pertinere ad universam rempublicam, nec tantum ad singulos cives; ut non exputemus, cur Astius hoc additamentum in fraudis suspicionem vocaverit. Ceterum v. Criton. p. 43. C.

ὅταν — ἄνεμοι ἀπολ.] Quod vulgo *οἱ ἄνεμοι* scriptum

ρίας, ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου· τοῦτο δ' ἔτυχεν, ὥςπερ λέγω, τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης γεγονός. διὰ ταῦτα καὶ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ μεταξὺ τῆς δίκης τε καὶ τοῦ θανάτου.

Cap. II. *ΕΧ. Τί δὲ δὴ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, ὦ Φαίδων; τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα, καὶ τίνες οἱ παραγενόμενοι τῶν ἐπιτηδείων τῷ ἀνδρί; ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι, ἀλλ' ἔρη-*
D *μος ἐτελεύτα φίλων; ΦΑΙΔ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρῆσάν τινες, καὶ πολλοί γε. ΕΧ. Ταῦτα δὴ πάν-*

C. *καὶ πολὺς χρόνος ἐγ.*] Vett. editt. *καὶ ὁ πολ. χρ.* praeter codicum fidem.

τί ἦν τὰ λεχθέντα] *τίνα* Bodl. Vat. Ambr. Flor. d., quod in Ven. *Π.* teste Bastio a rec. m. invectum. Nec dubito, quin etiam in illis codicibus ex correctione natum sit. Et quidni etiam h. l. ut p. 57. A. B. commode *τί ἦν τὰ λεχθέντα*, interrogetur, quum proxime antecedat: *τί δὲ δὴ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον*? Enimvero ita rectissime quaeritur hoc: *quorsum pertinebant et cuius generis erant*, quae dicta et facta sunt: quod plane concinit cum verbis antegressis. Nam quod Car. Fr. Hermannus in libro: Gesammelte Abhandl. u. Beitr. p. 65. hoc loco usum imperfecti *ἦν* scribit numerum pluralem *τίνα* non tam postulegebatur, id quoniam sententiae rationibus adversatur, recte videtur a Fischero repudiatum esse. Nisi forte ventos illis in regionibus regnantes intelligere volueris. Sed obsequendum certe codicibus fuit. Herodot. II. 115. *ὅσοι ὑπ' ἀνέμων ἤδη ἀποληφθέντες ἦλθον κ. τ. λ.*, ad quem locum Wesselingius hunc usum verbi *ἀπολαμβάνειν*, quo dicitur de ventis adversis navigantes retinentibus, pluribus exemplis illustravit. Philostr. Her. p. 741. *κἂν ἄνεμοι τὴν ναῦν ἀπολάβωσιν*, quod item universe dictum, omisso articulo. — *αὐτούς*, sc. *τοὺς πλέοντας*, quod ex praec. *πλοῖον* intelligendum. Synesis nec apud Platonem ita rara. Ita Legg. p. 692. D. ex *Περσικὸς στόλος* intell. *οἱ Πέρσαι* Ibid. III. 701. E. ex *πολιτεῖαι* assumendum *πολῖται*. Ibid. IX. 876. B. et XI. p. 933. E. post *δικαστήρια* infertur *αὐτοί*, quasi *δικασταί* memorati sint. Ibid. X. p. 886. C. ex *θεογονίαν* repetendum *θεοί*. Ibid. VIII. p. 828. B. XII. p. 945. E. 850. A. 952. B. Criton. p. 53. B. post *πόλεως* mentionem continuo cogitandum est de *πολίταις*. Legg. VIII. p. 783. D. ex *νυμφικά* intelligas *τοὺς νύμφους*.

C. *ὥςπερ λέγω*] Frequens formula de re iam antea commemorata. Nos dicimus: wie gesagt. v. Apolog. p. 21. A. cap. V. et quae ibi annotavimus.

Cap. II. *οἱ ἄρχοντες —*] Intelliguntur *οἱ ἕνδεκα*. v. Apolog. Socr. p. 37. C. ibique annot. p. 39. E.

τα προϑυμήϑητι ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι, εἰ
μή τίς σοι ἀσχολία τυγχάνει οὖσα. ΦΑΙΔ. Ἀλλὰ
σχολάζω γε, καὶ πειράσομαι ὑμῖν διηγήσασϑαι· καὶ
γὰρ τὸ μεμνῆσϑαι Σωκράτους καὶ αὐτὸν λέγοντα
καὶ ἄλλου ἀκούοντα ἔμοιγε ἀεὶ πάντων ἥδιστον. ΕΧ.
Ἀλλὰ μήν, ὦ Φαίδων, καὶ τοὺς ἀκουσομένους γε
τοιούτους ἑτέρους ἔχεις. ἀλλὰ πειρῶ ὡς ἂν δύνῃ ἀκρι-
βέστατα διελϑεῖν πάντα. ΦΑΙΔ. Καὶ μὴν ἔγωγε
ϑαυμάσια ἔπαϑον παραγενόμενος. οὔτε γὰρ ὡς ϑα- E
νάτῳ παρόντα με ἀνδρὸς ἐπιτηδείου ἔλεος εἰςῄει·
εὐδαίμων γάρ μοι ἀνὴρ ἐφαίνετο, ὦ Ἐχέκρατες, καὶ

lare quam potius flagitare, id quo iure vir egregius ita statuerit, haud sane intelligimus.

D. *Ἀλλὰ σχολάζω γε*] *γε* pro *τε*, quod servavit Bekk. e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Tub. Zitt. Flor. d. recepi. Nam gravius paullo affirmat se *σχολάζειν*, deinceps vero ostendit se rem esse narraturum. conf. Reip. I. p. 353. A.

διελϑεῖν πάντα] *διεξελϑεῖν* Vat. Par. G. Ven. *Π*. Tub. Flor. d. et Bekkero teste Vind. 6.

E. *ἀνὴρ ἐφαίνετο*] V. *ὁ ἀνήρ*. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. 6. s. *Φ*. Tub. Flor. d. *ἀνήρ*, omisso articulo. Unde cum Bekkero scripsimus *ἁνήρ*, quae crasis dici non potest quam saepe a librariis obliterata sit. Post *ἐφαίνετο* aliquot libri cum Vat. *εἶναι* in-

D. *τινὲς καὶ πολλοί γε*] Plat. Legg. XII. p. 951. B. *ϑεῖοί τινες, οὐ πολλοί*. Xenoph. Hellen. I. 5, 22. *καί τινας ἀπέκτειναν, οὐ πολλούς*. Plat. Gorg. p. 455. C. *ὡς ἐγώ τινας σχεδὸν καὶ συχνοὺς αἰσϑάνομαι*, quem locum comparavit Wyttenbachius ad Plutarch. de S. N. V. p. 125., ubi tamen de hac loquendi forma doctius quam accuratius disputat. Etenim in talibus *καὶ* et *καὶ — γε* habet vim augendi, de qua re diximus ad Apolog. Socrat, cap. IX. Quocirca sensus hic est: aderant aliqui, atque adeo multi.

τοιούτους ἑτέρους ἔχεις] h. e. item sic affectos habes. Loquendi genus exemplis illustrarunt Wyttenbach. ad Selecta Princip. Historic. p. 352. et Heindorfius ad h. l. Addimus de Republ. VI. p. 488. B. Sympos. cap. XXVII. Phaedon. p. 89. D.

E. *παρόντα με — εἰςῄει*] Verba *εἰςιέναι* et *εἰςέρχεσϑαι*, ut Lat. subire, dicuntur de spe, laetitia, maerore, misericordia, quae animum capiunt. Eurip. Med. 931. *εἰςῆλϑέ μ' οἶκτος*. Iphig. Aul. 491 *μ' ἔλεος εἰςῆλϑε*. Copiose rem illustravit Valckenar. ad Phoeniss. v. 1378. p. 464 sq. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscrib. p. 18. In proximis variata constructione dicitur: *οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰςῄει*, de qua re v. Matth. §. 401. C.

εὐδαίμων γάρ μοι — ἐτέλευτα] Cum hoc loco conferendus est Crit p. 43. B., ubi v. annotat.

τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων, ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα, ὥςτ' ἔμοιγ' ἐκεῖνον παρίστασθαι μηδ' εἰς Ἅιδου ἰόντα ἄνευ θείας μοίρας ἰέναι, ἀλλὰ κἀκεῖσε
59 ἀφικόμενον εὖ πράξειν, εἴπερ τις πώποτε καὶ ἄλλος. διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰςῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι παρόντι πένθει· οὔτε αὖ ἡδονὴ ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥςπερ εἰώθειμεν· καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν· ἀλλ' ἀτεχνῶς ἄτοπόν τί μοι πάθος παρῆν καί τις ἀήθης κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς συγκεκραμένη ὁμοῦ καὶ ἀπὸ τῆς λύ-

ferciunt, quod in Bodl. superscriptum. Dein Coisl. Ven. *Π* Tub. Aug. Flor. m. Par. CL. *τοῦ λόγου*, quod Bodl. Ven. Ξ. Flor. a. c. habent, ita tamen, ut *τῶν λόγων* superscriptum exstet.

ὥςτ' ἔμοιγε ἐκεῖνον π.] V. *ὥςτε μοι παρίστασθαι ἐκεῖνον.* Ordinem e Bodl. Tub. Vat. Par. G. mutavimus; *ἔμοιγε* autem debemus Vat. Vind. 6. Flor. d. Bekkerus scripsit *ὥςτ' ἐμοὶ ἐκ.* quod servant Turicc. *ἐμοὶ* in *μοι* commutato.

γενναίως] fortiter. Plutarch. Cimon. cap. 13. *ὑποστάντων δὲ τῶν Περσῶν καὶ δεξαμένων οὐκ ἀγεννῶς, κρατερὰ μάχη συνέστη.* — *Παρίστασθαι*, de cogitationibus ex praesenti rerum statu oborientibus usurpari solitum, illustrarunt Hemsterh. ad Lucian. Contempl. §. 13. Dorvill. ad Charit. p. 438. ed. Lips. Taylor. ad Lysiam p. 83. ed. Reisk. = p. 42. edit. pr., qui plurimos collegerunt locos, in quibus neque *δόξα* neque *πρᾶγμα* nec aliud quid huius modi verbo additum est.

ἄνευ θείας μοίρας] sine consilio et voluntate deorum, qui ei consulerent. Nam additur *ἀλλὰ κἀκεῖσε ἀφ. εὖ πράξειν.* Plutarch. An Pravitas Sufficiat ad Infelicitatem p. 499. B. *ἀποθνήσκοντα δὲ αὐτὸν (Σωκράτη) ἐμακάριζον οἱ ζῶντες ὡς οὐδ' ἐν Ἅιδου θείας ἄνευ μοίρας ἐσόμενον.*

P. 59. A. *ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι π. π.*] Non recte Heindorf. *παρόντι* refert ad *μοι*. Latet enim in hoc participio persona indefinita, ut sententia sit generalis. Unde etiam intelligitur, cur non sit scriptum *τῷ πένθει*, quod idem vir doctus olim coniecit. Itaque verba haec sic explicamus: quemadmodum consentaneum videatur, si quis intersit rei tristi et luctuosae. Dativus autem *παρόντι* ex *εἰκὸς* pendet, quam in rem Heindorf. laudavit Eurip. Hippolyt. 1433. *ἀνθρώποισι δὲ — εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.*

ὡς ἐν φ. ἡμ. ὄντων] h. e. quippe quum de philosophia disputaremus, ut consueveramus. Men. p. 91. E. *τετταράκοντα ἔτη ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα.* Sophocl. Oed. T. 570. *τότ' οὖν ὁ μάντις ἦν ἐν τῇ τέχνῃ;* an tunc vates iste exercebat hanc artem? Xenoph. Cyrop. IV. 3, 23. *οἱ μὲν δὴ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἦσαν.* Maxim. Tyr. p. 396. T. I. ed. Lips. *τοὺς δὲ ἐν φιλο-*

πης, ἐνθυμουμένῳ, ὅτι αὐτίκα ἐκεῖνος ἔμελλε τελευτᾶν. καὶ πάντες οἱ παρόντες σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες, εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλόδωρος· οἶσθα γάρ που τὸν ἄνδυα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ. ΕΧ. Πῶς B γὰρ οὔ; ΦΑΙΔ. Ἐκεῖνός τε τοίνυν παντάπασιν οὕτως εἶχε, καὶ αὐτὸς ἔγωγε ἐτεταράγμην καὶ οἱ ἄλλοι. ΕΧ. Ἔτυχον δέ, ὦ Φαίδων, τίνες παραγενόμενοι; ΦΑΙΔ. Οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος τῶν ἐπιχωρίων παρῆν καὶ ὁ Κριτόβουλος καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ

P. 59. καὶ ἀπὸ τῆς λύπης] ἀπὸ additum e Bodl. Tub. Vat. Ven Π. Vind. Φ. Flor. d. ceterae editt. omnes omittunt.

ὁτὲ μὲν γελῶντες] V. ποτὲ μέν, quod e Bodl. Ven. Π. Tub. mutatum. In aliis multis est τότε.

B. καὶ ὁ Κριτόβουλος] καὶ ὁ Κρ. Bodl. Tub. Ven. Π. Vind. Φ. Par. G. Ambr Editt. omnea om. ὁ. Dein nomen Κρίτων om. Coisl. Ven Λ. Par. ACEHIL. Aug. Tub. Flor. a. b. c. i. m. et pr Viud. 2.

σοφίᾳ καὶ πάνυ ἄν τις μέμψαιτο, ubi v. Markland.

τοιοῦτοί τινες] h. e. qui pertinerent ad quoadam philoaophiae locos. Eadem ratio est infra p. 80. C. ἐν τοιαύτῃ ὥρᾳ.

οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες κ. τ. λ.] Notabilis ratio constructionis, qua participium additur ad οὕτως explicandum, ita ut verbi finiti personae et numero accommodetur. Apte contulit Heindorf. Sophocl. Oed. Tyr. 10. τίνι τρόπῳ καθέστατε; δείσαντες ἢ στέρξαντες; Xenoph. Anab. IV. 1, 4. τὴν δὲ — ἐμβολὴν ὧδε ποιοῦνται, ἅμα μὲν λαθεῖν πειρώμενοι, ἅμα δὲ φθάσαι. Adde Gorg. p. 478. A. p. 513. E. Phileb. p. 20. A. De Rep. VIII. p. 556. A. IX. p. 583. C. Sophocl. Philoctet. 164. ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα πτηνοῖς ἰοῖς στυγερὸν στυγερῶς, οὐδέ τιν' αὐτῷ παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν. — De vv. ὁτὲ μέν — ἐνίοτε δέ v. Hermann. ad Viger. p. 792. — Apollodorus fuit homo optimi animi, sed item tristioris eiusdemque calidioris ingenii, qui facile moveretur vehementius. Unde etiam cognomen τοῦ μανικοῦ (der Schwärmer; der Enthusiast) accepit de quo diximus ad Sympos. p. 173. D. ed. 2. Tali vero sensu etiam Socratem amplexus est, cuius erat longe amantissimus et studiosissimus, ἐπιθυμητὴς ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ut ait auctor Apolog. Xenoph. §. 28. Memorab. VIII. 11, 17. Quocirca etiam morienti ita adfuit, ut non solum lacrimas effunderet multas, sed etiam vehementer eiularet et vociferaretur. v. infra p. 117. D. Lepidum est, quod narrat Aelian. V. H. I. 16., attulisse illum in carcerem tunicam et pallium, quibus ornatus Socrates moreretur.

B. καὶ ὁ Κριτόβουλος —] Critoni, de quo ad cognominem dialogum dictum est, quattuor

Κρίτων, καὶ ἔτι Ἑρμογένης καὶ Ἐπιγένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀντισθένης. ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος ὁ Παιανιεὺς καὶ Μενέξενος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἐπιχωρίων· Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει. ΕΧ. Ξένοι δέ τινες
C *παρῆσαν; ΦΑΙΔ. Ναί, Σιμμίας τέ γε ὁ Θηβαῖος καὶ Κέβης καὶ Φαιδώνδης, καὶ Μεγαρόθεν Εὐκλείδης τε καὶ Τερψίων. ΕΧ. Τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; ΦΑΙΔ. Οὐ δῆτα· ἐν*

C. *Σιμμίας τέ γε*] Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* r. 6. Ambr. om. *τε.* contra in Tub. Par. EG. *γε* neglectum; unde patet erro-

dicuntur fuisse filii, Critobulus, Hermogenes, Epigenes, Ctesippus. v. Laert. II. 121. Sed Hermogenes, qui h. l. memoratur, videtur fuisse filius Hipponici, Calliae frater, de quo v. Prolegg. ad Cratyl. p. 19. et quae disputavit Schneider. ad Xenoph. Memor. IV. 8, 4. ad Sympos. I. 3. cf. etiam Procli Schol. in Cratyl. p. 10. ed. Lips. Neque Epigenes intelligi videtur Critonis filius, sed ille potius, qui commemoratur Apolog. Socrat. p. 33. E. et Xenoph. Mem. III. 12, 2. et cuius pater fuit Antiphon Cephisiensis — De Aeschine Socratico v. Diogen. Laert. II. 60 — 64. — Antisthenem constat imprimis Socratis tolerantiam et voluptatis contemtum imitatum esse adeoque sectae Cynicae auctorem exstitisse. De eo v. Laert. VI. 1 — 19. Aelian. V. H. IX. 35. al. — Ctesippus Paeaniensis, h. e. ex *Παιανιᾶ δήμῳ τῆς Πανδιονίδος φυλῆς* oriundus, notus est ex Euthydem. p. 273. A. et Lysid. p. 206. B. sqq. — Menexenus nobilitatus est libro cognomine a Platone, ut videtur, scripto. Natus e gente nobilissima (vid. Lysid. p. 207. C.) mature ad philosophiae studium animum applicavit et quum alios sophistas, tum Ctesippum maxime secutus est. v. Lysid. v. 206. Unde intelligitur, cur h. l. Ctesippi et Menexeni una mentio fiat.

Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει] Non veri dissimilis est Forsteri coniectura, Platonem his verbis significare voluisse maerorem suum, quo imminente summi magistri morte affectus fuerit. — Ceterum quod hic nulla Xenophontis facta est mentio, id Athenaeus XI. 15. refert inter argumenta invidiae et simultatis, quae Platoni cum Xenophonte intercesserit. De qua re quid statuendum sit, docte disputavit A. Boeckhius in commentat. academ. De simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berol. a. 1821. edita. Quippe non potuit Plato nunc Xenophontis mentionem iniicere, quum ille anno ante Socratis mortem in Asiam esset profectus ibique militaret, id quod iam Fischerns pervidit. — Pro *ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος* Heindorfius requirebat *παρῆν δὲ καὶ Κτ.*, quo vereor ut opus sit. Solent enim Graeci, quum verba cum praepositionibus composita iteranda sunt, in repetitione alterutram partem eorum omittere. Et verbi quidem omissio apud poetas atque Herodotum admo-

Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι. EX. *Ἄλλος δέ τις παρῆν;* ΦΑΙΔ. *Σχεδόν τι οἶμαι τούτους παραγενέσθαι.* EX. *Τί οὖν δή; τίνες, φῄς, ἦσαν οἱ λόγοι;*

Cap. III. ΦΑΙΔ. *Ἐγώ σοι ἐξ ἀρχῆς πάντα πειράσομαι διηγήσασθαι. ἀεὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς πρόσθεν ἡμέρας εἰώθειμεν φοιτᾶν καὶ ἐγὼ καὶ οἱ ἄλλοι* D *παρὰ τὸν Σωκράτη, συλλεγόμενοι ἕωθεν εἰς τὸ δικαστήριον, ἐν ᾧ καὶ ἡ δίκη ἐγένετο· πλησίον γὰρ ἦν*

ris causa. Dein Vat. Coisl. Ven. *Π*. Ambr. Tub. Flor. d. f. *Φαιδωνίδης*, ut etiam Bodl. Par. G. a. pr. m. scriptum habent.
τί δέ; Ἀρ.] Coisl. *δαί*, quod edidit Bekker.

dum frequens est. Omissae praepositionis autem exemplum est ap. Euripid. Bacch. 1062. *λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον*; cui similia multa collegit Elmsleius ad Eurip. Medeam v. 1219. Non multum differt Eurip. Orest. 1100. Pyl. *πιθοῦ νιν, ἀνάμεινον δὲ φασγάνου τομάς.* Orest. *μενῶ τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.* Plat. Phaedr. p. 248. A. ibiq ann.

Σιμμίας τέ γε —] Simmias et Cebes, Thebani, fuisse dicuntur discipuli Philolai, Pythagorei, qui quum saepe alibi, tum infra p. 61. D. a Platone commemoratur; iidem Socrati fuere amicissimi (v. Criton. p. 45.): ut in promtu sit ratio, cur Plato eos fecerit cum Socrate de animorum immortalitate colloquentes. Fuit praeterea Simmias pariter atque Cebes veri exquirendi ac pervestigandi studiosissimus, quorsum praeter Phaedon. p. 85. C. referas locum Phaedri p. 242. B. Cf. Diogen. Laert. II. 124. 125. — Phaedondes videtur Thebanus fuisse, non Cyrenaeus. v. Ruhnken. ad Xenoph. Mem. I. 2, 48. — Euclides auctor fuit familiae Megaricorum, qui etiam Eristici et Dialectici appellati sunt. vid. Laert. II. 106 — 110. Suid. Gell. N. A. VI. 10. Hic Terpsioni, de quo nihil memoriae traditum est, colloquium Socratis cum Theaeteto recitat in eo libro, qui Theaetetus inscriptus est. — Aristippus, princeps familiae Cyrenaicae, notior est, quam ut de eo dicendum videatur. Neque obscurum est nomen Cleombroti, Ambraciotae, qui lecto hoc dialogo Platonis fertur se in mare praecipitasse: quam in rem elegans exstat epigramma Callimachi n. 24., quod etiam a Cicerone Tuscul. I. 34. memoratur. Quanquam vel propter ea, quae sequuntur, dubitari licebit, num hic alius Cleombrotus intelligendus sit. Etenim non inanis videtur veterum quorundam scriptorum suspicio vituperari his verbis Aristippum et Cleombrotum, quod prae nimia mollitie et luxuria Socratis adeo obliti sint, ut, quum Aegina insula, quae circiter ducenta stadia, s. sex milliaria Germanica, Athenis distabat, facile advolare potuissent, tamen noluerint illuc se conferre. v. Diogen. Laert. II. 65. III. 36. Athenaeus XII. p. 544. D. Demetrius Rhetor. de Elocut. §. 306. Cf. Muelleri Aeginetica. p. 186.

Cap. III. D. *πλησίον γὰρ ἦν* —] Carcer in fori vicinia si-

τοῦ δεσμωτηρίου. περιεμένομεν οὖν ἑκάστοτε, ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον, διατρίβοντες μετ' ἀλλήλων· ἀνεῴγετο γὰρ οὐ πρῴ· ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη, εἰςῇμεν παρὰ τὸν Σωκράτη καὶ τὰ πολλὰ διημερεύομεν μετ' αὐτοῦ. καὶ δὴ καὶ τότε πρωϊαίτερον ξυνελέγημεν. τῇ γὰρ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ ἐπειδὴ ἐξήλθομεν
E ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἑσπέρας, ἐπυθόμεθα, ὅτι τὸ

D. *ἀνεῴγετο γάρ*] Ven. *Π.* a pr. m. Vind. *Φ.* Ambr. Vat. et a pr. m. Flor. d. habent *ἀνεῴγνυτο*, quod Bekker. et Tur. ediderunt.

εἰςῇμεν παρὰ τὸν Σ.] V. *ᾔειμεν*, Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π.* Ambr. Par. ACG. Tub. Vind. 6. Flor. a. d. m. *εἰςῄειμεν*, quod cum Heindorfio et Bekkero ex August. in *εἰςῇμεν* mutavi. Causam

tus fuit, ubi iudicium Heliastarum fuisse constat. v. Meier et Schömann. De Lite Attica p. 134. coll. Plat. Legg. X. p. 908. A.

ἕως ἀνοιχθείη] Optativum, qui rem frequenter repetitam indicat, illustravit Matth. §. 521. Buttm. §. 126. 14. ann. 6. Eodem modo deinceps: *ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη*: jedesmal nachdem geöffnet war: quae verba Fischerus perperam intellexit.

διατρίβοντες μετ' ἀλλήλων] i. e. *διαλεγόμενοι πρὸς ἡμᾶς αὐτούς*, ut loquitur cap. LXV. De verbo *ἀνεῴγετο* Schol. Luciani ad Soloec. T. II. p. 54. *τὸ ἀνέῳγε βούλονται μὴ λαμβάνεσθαι ἐπὶ παθητικῆς διαθέσεως· ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς τοῦτο. χρῆται γὰρ μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν ὁ Πλάτων παθητικῶς ἐν Φαίδωνι, ἀνεῴγετο, λέγων, ἡ θύρα οὐ πάνυ πρωΐ*, unde Fischerus scripsit *οὐ πάνυ πρωΐ*, invitis codd. omnibus neque sententia flagitante. Nam verba *οὐ πρῴ* cum vi pronuntianda sunt. Ceterum de forma huius imperfecti v. Matth. §. 168. — De *πρωϊαίτερον* Thom Mag. *πρωΐτερον καὶ πρωΐτατον· ἀμφότερα γὰρ Θουκυδίδης· — κρεῖττω γὰρ ταῦτα τοῦ πρωϊαίτερον καὶ πρωϊαίτατον.* Sed grammatici fidem suspectam reddidit Ruhnken. ad Timaei Glossar. p 227. cf. Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 264.

E. *ὅςπερ εἰώθει ὑπακούειν*] De significatione et usu verbi *ὑπακούειν* dictum est ad Criton. c. I. — Deinde pro vulg. *ἐπιμένειν* optimi codd. *περιμένειν*, quod recepimus. Utriusque verbi vim et significationem, quam nuper explicavit etiam Beckerus Lectionn. Philostratt. p. 89., declaravit Fr. A. Wolfius his verbis: „*ἐπιμένειν* ist sich gedulden, den Erfolg von etwas gelassen abwarten; *περιμένειν* ist meistens in seiner Lage bleibend auf jemand warten, die Erscheinung von etwas erwarten. Daher wird dieses so gewöhnlich absolut gebraucht, wogegen jenes viel öfter als dies mit *ἕως ἄν* verbunden wird, und seiner Kraft zufolge gewisse Derivata hat, die *περιμένειν* nicht bilden konnte.“ Itaque miramur virum summum probasse *ἐπιμένειν*,

πλοῖον ἐκ Δήλου ἀφιγμένον εἴη· παρηγγείλαμεν οὖν ἀλλήλοις ἥκειν ὡς πρωϊαίτατα εἰς τὸ εἰωθός. καὶ ἥκομεν, καὶ ἡμῖν ἐξελθὼν ὁ θυρωρός, ὅςπερ εἰώθει ὑπακούειν, εἶπε περιμένειν καὶ μὴ πρότερον παριέναι, ἕως ἂν αὐτὸς κελεύσῃ· Λύουσι γάρ, ἔφη, οἱ ἕνδεκα Σωκράτη καὶ παραγγέλλουσιν, ὅπως ἂν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ. οὐ πολὺν δ' οὖν χρόνον ἐπισχὼν ἧκε

cognosces ex Buttmanni Gr. Ampl. T. I. p. 540. ed. sec. Matthiae Gr. Ampl. p. 417. conf. Schneider ad Reip. VI. p 489. E.

E. *εἶπε περιμένειν*] Haec est lectio librorum optimorum, Bodl. Vat. Ven. *Π*. Tub. Vind. *Φ*. Flor. d. Vulgatum erat olim *εἶπεν ἐπιμένειν*.

τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ] Sic Bodl. Vat *Π*. Tub. Flor. m. Vind. *Φ*. Ambr. Vett. editt. *τελευτᾷ*.

reiecisse *περιμένειν*, quod huic loco unice videtur convenire. Quippe non iussit homo amicos Socratis patienter in suo loco permanere, usque dum intromitterentur, quod esset *ἐπιμένειν*, sed potius illos voluit omnino paullisper morari atque opperiri, donec fieret quod exoptarent. Infra c. LXV. *ἡμᾶς δ' ἐκέλευε περιμένειν. περιεμένομεν οὖν.* Paulo ante: *περιεμένομεν οὖν — ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον.* Sympos. in *οὐ περιμενεῖς; κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα.* De Rep. I. in. *ἐκέλευσε — τὸν παῖδα περιμεῖναί ἑ κελεῦσαι.* Xenoph. Cyropaed. IV. 2, 9. *καὶ τοὺς Ὑρκανίους περιμένειν ἐκέλευσε, ἵνα ἅμα ἴοιεν.* Ibid. VII. 5, 39. *ἄνδρες φίλοι, περιμένετε, ἕως τὸν ὄχλον διωσώμεθα*, quo loco notabis omissum *ἄν*. Mox de *ὅπως ἄν* vide egregie disputantem Rostium Gr. §. 122. 11. coll. Matth. §. 519. annot. 1. Ceterum aoristum *τελευτήσῃ*, quem codices meliores tuentur omnes, nemo erit quin Heindorfio concedat de re, quae uno quasi ictu peragitur, melius dici atque rectius quam vulgatum *τελευτᾷ*.

οὐ πολὺν — χρόνον ἐπισχών] h. e. non ita multo post rediit. Charmid. p. 160. E. *καὶ ὃς ἐπισχὼν — ἔφη.* Alcibiad. II. p. 142. D. infra p. 95. E. *συχνὸν χρόνον ἐπισχών.* Legg. VI. p. 751. B. *σμικρὸν ἐπισχόντες.* Aeschines adv. Ctesiphont. §. 10. in Lys. et Aesch. Or. Sel. ed. Bremi. *ὁ δὲ αὐτὸς ἀνὴρ μικρὸν ἐπισχὼν ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου.* Plura dabit Boissonad. ad Eunap. p. 252. — Mox pro *ἐκέλευσεν* codd. haud pauci, in iisque corr. Bodl., *ἐκέλευεν*. Sed nihil offensionis habet haec aoristi et imperfecti coniunctio. Infra p. 61. A. *ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι. κ. τ. λ.* Ibid. p. 61. C. extr. Parmenid. p. 127. A. *ἀνεγνώρισέ τέ με ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδημίας καὶ ἠσπάζετο, καὶ — τὸ μὲν πρῶτον ὤκνει, — ἔπειτα μέντοι διηγεῖτο.* Phaedr. p. 228. B. *ἰδὼν μὲν ἰόντα ἥσθη, ὅτι ἕξοι τὸν συγκορυβαντιῶντα, καὶ προάγειν ἐκέλευε.* Plura collegit Reisigius comment. crit. ad Sophocl. Oed. Col. p. 254 sq. v. 419. Enimvero recte copulantur diversa tempora, ubi duae vel plures actiones, quamvis alioquin arctissime coniunctae,

60 *καὶ ἐκέλευσεν ἡμᾶς εἰςιέναι. εἰςιόντες οὖν κατελαμβάνομεν τὸν μὲν Σωκράτη ἄρτι λελυμένον, τὴν δὲ Ξανθίππην, γιγνώσκεις γάρ, ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην. ὡς οὖν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Ξανθίππη, ἀνευφήμησέ τε καὶ τοιαῦτ' ἄττα εἶπεν, οἷα δὴ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες, ὅτι Ὦ Σώκρατες, ὕστατον δή σε προςεροῦσι νῦν οἱ ἐπιτήδειοι καὶ σὺ τούτους.*

P. 60. *καὶ ἐκέλευσεν*] Coisl. Ven. ΛΞ. Vind. 2. Par. ACHL Flor. c. m Zittav. et corr Bodl. *ἐκέλευε*, quod ego non amplectar. v. ann Dein Ven. Π. Tub. Vind. Φ. et corr. Bodl. a sec. m. Flor. d *εἰςελθόντες*, quod Bekkerus et Turicenss. receperunt. At v. explicat.

γιγνώσκεις γάρ] Sic Par. A. Flor. c. pro vulg. *γινώσκεις γάρ.*

ἀπαγαγέτω τις] Hoc praeeunte Bekkero ex Par G. Flor. c. d m. recepimus. Legebatur *ἀπαγέτω*, quod probant Turicenss. Pro *ταύτην* Bodl. Tub. *αὐτήν*.

tamen diversa ratione spectandae sunt et cogitatione quasi a se invicem separandae.

P. 60. *εἰςιόντες οὖν κατελ. — ἄρτι λελυμένον*] h. e eo ipso tempore, quum ingrediebamur, beim Hereintreten. Quod alii amplexi sunt, *εἰςελθόντες*, id sententiae minus convenit. Significaret enim: *nach* dem Hereintreten trafen wir den Socrates eben gelöst an.

ἀνευφήμησε] inter fletum et eiulatum vociferata est, ut loquitur Valer. Maxim. VII. 2. ext. 1. Etiam hoc verbum est in numero eorum, in quibus expressa cernuntur vestigia Atticae humanitatis, qua solent verba rei laetae et gratae tribui rebus ingratis atque tristibus *κατ' ἀντίφρασιν*, quam vocant grammatici. Nam *εὐφημεῖν* et *ἀνευφημεῖν* proprie dicuntur de verbis et vocibus faustis ac bene ominatis. Sed *κατ' ἀντίφρασιν* significant etiam lamentari, vociferari, ciulare. Hesychius: *ἀνευφημήσει· ἀνοιμώξει, κατὰ ἀντίφρασιν· Σοφοκλῆς Τραχινίαις*, ubi v. intpp. Idem: *εὐφημοῦσι· στένουσι, κλαίουσι.* v. Sophocl. Trachin 783. Aelian. V. H. XIV. 1. et quae de v. *εὔφημος* pro *δύςφημος* usurpato notavit Stanlei. ad Aeschyl. Agamemn. 1227. Hermannus tamen ad Sophocl. Trachin. l. c. nullam in verb. *ἀνευφημεῖν ἀντίφρασιν* agnoscit. Significare enim exclamare *εὐφήμει*, i. e. clamare, absint verba male ominata.

ὕστατον δή σε προςεροῦσι] Istud *δή* est dolentis, ut nostrum denn also, et Lat. ergo, quod item usurpatur, ubi quis cum moerore ac tristitia deplorat, quod revera fieri potuerint quae iam nunc acciderint. Infra p. 89. B. *αὔριον δή — ἴσως, ὦ Φαίδων, τὰς καλὰς ταύτας κόμας ἀποκερεῖ.* Horat. Carm. I. 24. 5. *Ergo* Quintilium perpetuus sopor urget. Sat. II. 5. 101. *Ergo*

Καὶ ὁ Σωκράτης βλέψας εἰς τὸν Κρίτωνα, Ὦ Κρίτων, ἔφη, ἀπαγαγέτω τις ταύτην οἴκαδε. Καὶ ἐκείνην μὲν ἀπῆγόν τινες τῶν τοῦ Κρίτωνος βοῶσάν τε καὶ κοπτομένην· ὁ δὲ Σωκράτης ἀνακαθιζόμενος ἐπὶ B *τὴν κλίνην συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἐξέτριψε τῇ χειρί, καὶ τρίβων ἅμα Ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι,*

B. *ἐπὶ τὴν κλίνην*] Sic ed. Bas. 2. Vat. Ven. *ΞΠ*. Vind. 2. 6. Par. GL. Ambr. Aug. Flor. a d. Zitt. et in marg. Flor. m. Par. A. Idem in Bodl. superscriptum exstat. Legebatur olim *εἰς τὴν κλ.*

καὶ ἐξέτριψε] *ἐξέτριψε* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π*. Ambr. Par. ACG. Vind. *Φ*. Flor. a. d. m. quod nunc pro vulgato *ἔτριψε* reposui.

ἔοικέ τι εἶναι] Om. *τι* Vat. Ven. *Π*. Vind. 6. Par. G. Ambr. Flor. d. m.

nunc Dama sodalis nusquam est.

τῶν τοῦ Κρίτωνος] ex Critonis servis. Nam nobiles et divites Athenienses non temere in publicum prodibant soli, sed secum habebant fere plures pedisequos. v. Menon. p. 82. B. *ἀλλά μοι προςκάλεσον τῶν πολλῶν ἀκολούθων τουτωνὶ τῶν σαυτοῦ ἕνα, ὅντινα βούλει.*

B. *ἀνακαθ. ἐπὶ τὴν κλ.*] h. e. in lecto se erigens. Etenim Socrates, primo diluculo a vinculis liberatus, nondum e lecto surrexerat; nunc sedendo in lecto erigitur; mox *καθῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης καὶ καθεζόμενος οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο.* Itaque ferri non potest, quod vulgo legebatur *εἰς τὴν κλίνην*, quoniam *ἵζεσθαι* et *καθίζειν εἴς τι* est sessum ire aliquo: id quod accurate docuit Valckenar. ad Herodot. VIII. 71. Rem acu tetigit Heindorf, cui non video quo iure obloquutus sit Wolfius.

τρίβων ἅμα] inter fricandum Herodot. I. 179. *ὀρύσσοντες ἅμα τὴν τάφρον ἐπλίνθευον.* Xenoph. Anab. III. 3, 7. *φεύγοντες ἅμα ἐτίτρωσκον.* De Republ. VII. p. 521. C. *τόδε ἐννοῶ λέγων ἅμα.* Alio ordine infra c. V., ubi v. annot.

Ὡς ἄτοπον —] Thom. Mag. *ἄτοπον· οὐ μόνον τὸ ἄλογον, ἀλλὰ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. Πλάτων ἐν Φαίδωνι.* v. quae diximus, ad Criton. c. II.

ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τ. δ.] quam mira est ratio voluptatis ad dolorem eo s. propterea, quod nolunt simul adesse homini etc. Nam *τῷ* cum infinitivo iunctum est eo quod, ut De Rep. V. p. 471. D. II. p. 361. C. IV. p. 420. C. Legg. X. p 885. C. al. Respexerunt hunc locum Iulian. Or. VIII. p. 240. C. Gellius N. A. VI. 1. Lactant. Ep. 29. 5. a Wyttenbachio laudati.

τὸ λυπηρόν, τῷ ἅμα μὲν αὐτὼ μὴ ἐθέλειν παραγίγνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, ἐὰν δέ τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥςπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς συνημμένω
C δύ' ὄντε. καί μοι δοκεῖ, ἔφη, εἰ ἐνενόησεν αὐτὰ Αἴσωπος, μῦθον ἂν συνθεῖναι, ὡς ὁ θεὸς βουλόμενος αὐτὰ διαλλάξαι πολεμοῦντα, ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο, ξυνῆψεν εἰς ταὐτὸν αὐτοῖς τὰς κορυφάς, καὶ διὰ ταῦτα

τῷ ἅμα μὲν] τὸ a pr. m. Bodl. Ang. manifesto errore. Dein optimi quique ἐθέλειν pro vulg. θέλειν.

ἀεὶ λαμβάνειν] Bodl. Vat. Tub. Flor. d. ἀεὶ om. probantibus Turicc. Alii post τι ponunt.

συννημμένω] Haec lectio debetur Bodl. Tub. Vat. Vind. Φ. Par. G. Flor. d. m. et pr. Ven. Π. Vett. editt. ἡμμένω.

C. *ξυνῆψεν — αὐτοῖς*] Sic Bodl. Tub. Vat. Ven. Π. Vind. Φ. Ambr. Editt. omnes habent αὐτῶν. De dativo v. Heindorf. ad Theaet. p. 287. Sophist. p. 272. Ast. ad Legg. p. 9.

C. *ὥςπερ οὖν καὶ αὐτῷ μοι ἔοικεν, ἐπειδὴ ὑπὸ τ. δ.*] Prave vulgo distinguitur colo post verbum ἔοικεν, ut bene monuit Heindorf. ed. Sophist. p. 306. Quis enim unquam dixit ἔοικέ μοι pro φαίνεταί μοι, δοκεῖ μοι? Imo post haec: αὐτῷ μοι ἔοικεν, per negligentiam quandam sermonis infertur φαίνεται. Politic. p. 277. A. νῦν δὲ κατά γε τὴν ἐμὴν οὔπω φαίνεται, ubi Stephanus iniuria offendit. Sophist. p. 225. D. δοκῶ μὴν τ. γ. δ. — καλεῖσθαι κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν οὐχ ἕτερον ἀδολεσχικοῦ. Lachet. p. 192. C. τοῦτο τοίνυν ἔμοιγε φαίνεται, ὅτι οὐ πᾶσά γε, ὡς ἐγῷμαι, καρτερία ἀνδρία σοι φαίνεται. Phileb. p. 32. C. οἶμαι — κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν ἐμφανὲς ἔσεσθαι. Lys. p. 221. E., ubi post ὡς ἔοικε infertur ὡς φαίνεται. Theocr. VII. 30. καίτοι, κατ' ἐμὸν νόον, ἰσοφαρίσδεν ἔλπομαι. Aristoph. Plut. v. 827. δῆλον ὅτι τῶν χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἶ.

Cap. IV, *εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με*] Ad haec Heindorfius: „Nota aoristo ἐποίησας pro ἀναμιμνήσκων adiectum ἀναμνήσας, bene fecisti quod me admonuisti." Imo ineptum foret ἀναμιμνήσκων. Sermo est enim de re semel tantum et quidem uno velut temporis ictu peracta, nulla habita ratione diuturnioris alicuius status vel conditionis. Euthydem. p. 282. C. καὶ εὖ ἐποίησας ἀπαλλάξας με σκέψεως πολλῆς. Xenoph. Cyrop. I. 4, 13. καλῶς ἐποίησας προειπών. Ibid. VII. 5, 48. ἦ καλῶς, ἔφη, ἐποίησας, ὦ Κῦρε, ἄρξας τοῦ λόγου. Eurip. Iphig. Aul. 642. χαῖρ'· εὖ δέ μ' ἀγαγὼν πρός σ' ἐποίησας, πάτερ, in quibus locis omnibus finito verbo adhibito dicendum fuit: ὅτι ἀνέμνησάς με κ. τ. λ. Notissima autem est lex illa linguae Graecae, qua participia collocanda sunt in eo tempore, quo opus foret re per verbum finitum expressa. Non omni ex parte cum his componi possunt ea, quae comparavit

ᾧ ἂν τὸ ἕτερον παραγένηται ἐπακολουθεῖ ὕστερον καὶ τὸ ἕτερον. ὥςπερ οὖν καὶ αὐτῷ μοι ἔοικεν, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει πρότερον τὸ ἀλγεινόν, ἥκειν δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν τὸ ἡδύ.

Cap. IV. Ὁ οὖν Κέβης ὑπολαβὼν Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἔφη, εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με. περὶ γάρ τοι τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας ἐντείνας D τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω

καὶ αὐτῷ μοι] Bekker. ex uno Par. 1. dedit *αὐτῷ ἐμοί.* v. ad p. 91. A.

ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δ.] Steph. *ἐπειδὴ ὑπὸ τ. δ. ἦν ἐν τῷ σκέλει τὸ ἀλγεῖν, ἐκείνῳ δὴ φαίνεται κ. τ. λ.* Voc. *πρότερον* suppeditarunt Vat. Ven. *II.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. et marg. Bodl. Flor. m. *ἀλγεινὸν* pro *ἀλγεῖν* scriptum habent Bodl. Tub. Aug. Vind. *Φ.* Par. G. Ang. Flor. a. b. c. d. i. et rec. Coisl. Par. C. Pro *ἐκείνῳ* autem *ἥκειν* est in codd. omnibus, ut videtur. Ald. Bas. 1. 2. *εἴχειν*, unde Stephanus de suo dedit *ἐκείνῳ*.

ὦ Σώκρατες, ἔφη] V. *ἔφη, ὦ Σ.* invitis optimis codicibus. Dein *πεποίηκας* Ven. *II.* Vind. *Φ.* Ambr.

Heindorfius Aristoph. Pac. 1408. *ὦ φίλτατ', ὦ Τρυγαῖ', ὅσ' ἡμᾶς τἀγαθὰ δέδρακας εἰρήνην ποιήσας.* Eccles. 1045. *κεχάρισαί γέ μοι, ὦ γλυκύτατον, τὴν γραῦν ἀπαλλάξασά μου.*

D. *ἐντείνας τοὺς τ. Αἰσώπου λ.*] h. e. in carminis modum ligans, in versus redigens, Aesopi fabulas. Phileb. p. 38. E. *ἐντείνας εἰς φωνήν*, Plutarch. Solon. p. 80. A. *τοὺς νόμους ἐπεχείρησεν ἐντείνας εἰς ἔπος ἐξενεγκεῖν*, quae post Wyttenbach. Bibl. Crit. P. VI. p. 104. comparavit etiam Heindorfius. Protag. p. 326. B. *ποιήματα εἰς κιθαρίσματα ἐντείνοντες.* Rem ex hoc Platonis loco memoravit Plutarchus De audiendis poetis p 16. C. *τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσιν μύθους ἐνόμιζεν*, ubi Wyttenbachius perperam *ἐνήρμοζεν* correxit, immemor *τοῦ νόμου* musicorum.

εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον] Prooemia s. exordia, vulgato usu, omnino dicuntur pro hymnis in laudem deorum, inprimis Apollinis, decantatis. Qui usus loquendi inde videtur repetendus esse, quod tales hymni solemniter praemissi sunt sacris in deorum honorem instituendis, quae pertinebant ad declarandam eorum virtutem vel celebranda gloriosa ipsorum facinora. Nam *προοίμιον*, quod ductum est ab *οἴμη*, indicat sane quidquid ante ingressum rei peragitur. Unde et exordia citharoedorum, quae carminum epicorum recitationi *ὑμνικῶς* praemittebantur, eo nomine appellata sunt; v. Aristot. Rhet. III. 14, 1. Quintil. IV. 1, 1. coll. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. 106 sqq. et vero etiam hymni, qui deorum sacris, inprimis eorum, quae memoriam natalium, memorabilium factorum, gloriosorum facinorum, renovabant, antecedere solebant, ita ut ipsorum sacrorum quasi quaedam principia essent ac primordia. Cu-

προοίμιον καὶ ἄλλοι τινές με ἤδη ἤροντο, ἀτὰρ καὶ Εὔηνὸς πρῴην, ὅ τι ποτὲ διανοηθείς, ἐπειδὴ δεῦρο ἦλθες, ἐποίησας αὐτά, πρότερον οὐδὲν πώποτε ποιήσας. εἰ οὖν τί σοι μέλει τοῦ ἔχειν ἐμὲ Εὐηνῷ ἀποκρίνασθαι, ὅταν με αὖθις ἔρηται, εὖ οἶδα γὰρ ὅτι ἐρήσεται, εἰπέ, τί χρή με λέγειν. Λέγε τοίνυν, ἔφη, αὐτῷ, ὦ Κέβης, τἀληθῆ, ὅτι οὐκ ἐκείνῳ βουλόμενος οὐδὲ τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ ἀντίτεχνος εἶναι ἐποίησα

D *Εὐηνῷ ἀποκρίνασθαι*] Sic Bodl. Tub. Vat Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr Par. L. Flor d. et a rec. m. Flor h Vulgo *ἀποκρίνεσθαι*. Ceterum *Εὔηνος* et *Εὐήνῳ*, retracto accentu, hic et in proximis scribunt Bodl. Vat Ven. *Π.* *Φ.* Par. G. L. S. et corr. Coisl. Eam scripturam amplexi sunt Turicenss. v. tamen Apol. Socr p. 20. B Phaedr. p. 267. A. et quos affert Schneidewin Delect Epigramm I. p 133 sqq.

ὅταν με αὖθις ἔρηται] V. *ἐρωτᾷ*, quod e Basil. 2. Vat. Ven *Π.* Par. A. Coisl. Vind. *Φ.* aliis mutatum. *ἔρηται* etiam

iusmodi hymnos etiam nunc habemus inter Homericos superstites, quorum alii sunt citharoedici, alii sacrorum usui destinati, et cum illis non aliam ob caussam, opinor, in unum coniuncti, quam quod utrique et communi nomine prooemiorum comprehensi fuerunt, et versantur in laudibus deorum vel brevius vel copiosius praedicandis. Nam primus quidem et secundus hymnus Homericus, ut hoc exemplo utamur, in Apollinis laudem ideo videtur compositus esse, ut sacris Apollinis Deliacis atque Pythicis praeluderetur. Talem igitur hymnum vel paeanem in Apollinem Socrates quoque composuit, quippe quum Apollinis sacra Deliaca essent instituta, animum simul religione exsoluturus. Egregium vero est istud religiosae pietatis ac verecundiae documentum, quod vel unum satis valeat ad redarguendum crimen accusatorum, qui virum sanctissimum impietatis reum egissent! Usum loquendi, quo *προοίμιον* dicitur pro hymno, notavit Schol. ad Thucyd. III. 104. item Schol. ad Aesch. Sept. c. Theb. v. 7. ac fusius persequuti sunt etiam Spanhem. ad Callimach. in Iov. 1. Menag. ad Laërt. VIII. 57. Ac si rei exempla requiris, Empedocles teste Laërtio VIII. 57. fecit *προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα*, itemque Alcaeus teste Paus. X. 8. *προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα* cecinit. De Socratis autem poemate audias Diog. Laërt. II. 41. *καὶ δεθεὶς — καὶ παιᾶνα* (i. q. *προοίμιον*, s. hymnum in Apollinem) *κατά τινας ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχή· Δήλι' Ἄπολλον, χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε κλεεινώ.* Themist. Orat p. 32. ed. Dindorf. *καὶ ἔστι Σωκράτει προοίμιον πεποιημένον ἐν τόνῳ, ἐξαμέτρῳ πρὸς τὸν θεόν.* Epictet. Dissert. IV. 4. *καὶ πῶς ἂν ἔτι ἦν Σωκράτης; εἰ ταῦτα ὠδύρετο; πῶς ἂν ἔτι ἐν φυλακῇ παιᾶνας ἔγραφεν;* Idem II. 6. *καὶ τότ' ἐσόμεθα ζηλωταὶ Σωκράτους, ὅταν ἐν φυλακῇ δυνώμεθα παιᾶνας γράφειν.* Suidas in v. *Σωκράτης* memorat item *ὕμνον* Socratis *εἰς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν.*

ταῦτα· ᾔδειν γάρ, ὡς οὐ ῥᾴδιον εἴη· ἀλλ' ἐνυπνίων E
τινῶν ἀποπειρώμενος, τί λέγει, καὶ ἀφοσιούμενος, εἰ ἄρα πολλάκις ταύτην τὴν μουσικήν μοι ἐπιτάττοι ποιεῖν. ἦν γὰρ δὴ ἄττα τοιάδε· πολλάκις μοι φοιτῶν τὸ αὐτὸ ἐνύπνιον ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ, ἄλλοτ' ἐν ἄλλῃ ὄψει φαινόμενον, τὰ αὐτὰ δὲ λέγον, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου. καὶ ἐγὼ ἔν γε τῷ πρόσθεν χρόνῳ, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο

Bodl. in marg. — *με* e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. m. restitutum.

E. *τί λέγει*] Editt. omnes *λέγοι*. Bodl. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Tub. Flor. m. *τί λέγειν*. Coisl. Vat. Par. GH. Aug. Flor. d. et marg. Bodl. *τί λέγει*, quod recipere non dubitavi. v. Matthiae Gr. §. 529. 3.

τὰ αὐτὰ δὲ λέγον] *δὲ* vulgo omissum codd. fere omnes dederunt.

Eundem respectat etiam Apulei. Floridd. p. 303. ed. Elmenh. verbis: Canit — Socrates (in carcere) hymnos. Ceterum de auctoritate prooemii quondam Socrati adscripti iam a Dionysodoro dubitatum esse ipse narrat Diogenes, qui eius initium servavit. Verum satis haec in praesenti. Videmur enim satis demonstravisse, quale fuisse putari debeat prooemium illud, quod Plato narrat a Socrate in carcere fuisse compositum.

ἀτὰρ καὶ Εὔηνός] De Eveno diximus ad Apolog. c. IV. *Ποιεῖν* simpliciter usurpatur de iis, qui pangunt et componunt carmina, ut Apolog. c. VII. et mox *ἐποίησα ταῦτα*. Lysid p 205. B. Ion. p. 534. B. Euthyphron. c. XIII. *λέγοι τὸ ἐναντίον ἢ ὁ ποιητὴς ἐποίησεν, ὁ ποιήσας κ. τ. λ.* Plura de hoc usu commentatus est Wyttenbach. p. 129. ed. Bat. — Mox *ἀντίτεχνος* est aemulus, quod Ficini gratia monemus.

E. *καὶ ἀφοσιούμενος, εἰ ἄρα πολλάκις* —] *Ἀφοσιοῦσθαι* est animum religione liberare, facere aliquid animi religione solvendi causa. Quippe verebatur Socrates, ne dei voluntate neglecta impietatis poenam lueret.

εἰ ἄρα πολλάκις] si forte, si forte adeo, ut Lachet. p. 179. B. p. 194. A Phaedr. p. 238. C. aliis in locis, quos collegerunt Abreschius Diluc. Thucyd. p. 174. Heindorf. ad h. l. et Heusdius Specim. Crit. p. 125.

ἄλλοτ' ἐν ἄλλῃ ὄψει] *ὄψις* h. l. est species, de qua significatione v. Creuzerus ad Plotin. de Pulcritud. p. 377., ubi legitur fragmentum lexici mscrp: *ὄψις· καὶ ἡ πρόςοψις, καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις· καὶ ὄψις τὸ θεαθέν.*

μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου] h. e. musicam fac atque tracta. „*ποίει* ita accepit primum Socrates pro simplici fac; deinde sensu exquisitiore ad poesin et versuum compositionem retulit." WYTTENB. — *ἐργάζεσθαι* est

61 ὑπελάμβανον αὐτό μοι παρακελεύεσθαί τε καὶ ἐπικελεύειν· ὥςπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι, καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν, μουσικὴν ποιεῖν, ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ τοῦτο πράττοντος. νῦν δ' ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι, εἰ ἄρα πολλάκις μοι προστάττοι τὸ ἐνύπνιον ταύτην τὴν δημώδη μουσικὴν ποιεῖν, μὴ ἀπειθῆσαι αὐτῷ, ἀλλὰ ποιεῖν·

P. 61. *μὴ ἀπειθῆσαι*] *ἀπιθῆσαι* Bodl.

B. *εἶναι μὴ ἀπιέναι*] *εἶναι ἐνόμιζον μὴ ἀπ.* Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. et supra versum Bodl., quod manifestum glossema est, ut hoc quoque exemplo pateat vel optimis libris non temere fidem habendam esse. Dein iidem libri et marg. Bodl. *πρότερον πρὶν ἂν ἀφ.*, quod et ipsum glossema redolet.

πειθόμενον τῷ ἐν.] *καὶ π.* Bodl. Coisl. Tub. Ang. Flor. d. male.

versari in aliquo opere, tractare aliquid. — De *παρακελεύεσθαι* et *ἐπικελεύειν* verissime Fischerus monet illud esse hortari aliquem, ut aliquid faciat; hoc incitare facientem. v. Xenoph. Cyrop. II. 4, 17. III. 3, 19. VI. 3, 27. al.

P. 61. A. *ὥςπερ οἱ τοῖς θέουσι — τοῦτο ἐπικελεύειν*] Etiam hic videmus sententiam explicationis gratia additam aspernari particularum vincula. Legg. II. p. 659. E. *δοκεῖ μέν μοι — καλεῖσθαι καὶ πράττεσθαι, καθάπερ τοῖς κάμνουσί τε καὶ ἀσθενῶς ἔχουσι τὰ σώματα — τὴν χρηστὴν πειρῶνται προςφέρειν τροφήν —, ταὐτὸν δὴ καὶ τὸν π. κ. τ. λ.* Ibid. VII. 813. B. IX. 853. D. Politic. p. 296. E. *τοῦτον δεῖ καὶ περὶ ταῦτα τὸν ὅρον εἶναι — ὃν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ διοικήσει τὸ τῶν ἀρχομένων; ὥςπερ ὁ κυβερνήτης — σώζει τοὺς συνναύτας, οὕτω καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον — ὀρθὴ γίγνοιτ' ἂν πολιτεία.* Legg. VII. p. 813. B. IX. p. 853. D. Adde quae Heindorf. comparavit, De Republ. IV. p. 432. D. Ibid. III. p. 413. D. — De collocatione verborum *καὶ ἐμοὶ οὕτω* v. ad Phaedrum p. 230. D. — Verba *μουσικὴν ποιεῖν* pronomini *τοῦτο* per egexesin addita sunt, de qua loquendi ratione v. Euthyphr. p. 5. E. 11. A. Euthydem. p. 286. E. Phaedon. p. 64. C. 70. C. 72. O. Crit. p. 45. E. al.

ὡς φιλοσοφίας — μουσικῆς] Plato enim philosophiam iudicabat musicam esse longe praestantissimam, quoniam virtus et sapientia, quae ex illa proficiscerentur, quasi musico quodam concentu continerentur. Strabo X. p. 717. B. *μουσικὴν ἐκάλεσεν ὁ Πλάτων καὶ ἔτι πρότερον οἱ Πυθαγόρειοι τὴν φιλοσοφίαν.* Itaque virtutem universam atque temperantiam *ἁρμονίᾳ τινὶ καὶ συμφωνίᾳ* comparat. v. De Republ. IV. p. 430. E. 432. A. VIII. p. 548. B. 554.

ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι, πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ. B
οὕτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὗ ἦν ἡ παροῦσα θυσία· μετὰ δὲ τὸν θεόν, ἐννοήσας, ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικός, διὰ ταῦτα δὴ οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου, τούτους ἐποίησα, οἷς πρώτοις ἐνέτυχον.

εἴπερ μέλλοι] Ven. *Ξ Π.* Coisl. Par. L. Ambr. exhibent *μέλλει* v. ad Charmid. p. 156. E.

καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικός] Sic Bodl. et Flor. b. a pr. m., quod nunc cum Bekkero restitui. Ceteri libri *ἦν*. Deinde *δὴ* additum e Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d.

τούτους ἐποίησα] *τούτους* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. ACG. Ambr. Flor. d. a. m. Vulgo *τούτων*. Sed verba *οἷς πρ. ἐν.* per epexegesin accedunt.

E. Legg. II. p. 653. itemque sapientiam vocat *τὴν καλλίστην, καὶ μεγίστην τῶν ξυμφωνιῶν.* v. Legg. III. p. 689. D. 691. A. 696. C. Lachet. p. 188. C. Unde Sextus Empir. adv. Mus. p. 353. *οἵ τε μέγα δυνηθέντες ἐν φιλοσοφίᾳ, καθάπερ καὶ Πλάτων, τὸν σοφὸν ὅμοιόν φασιν εἶναι τῷ μουσικῷ τὴν ψυχὴν ἡρμοσμένην ἔχοντα.* Conf. etiam Heusdii Init. Philos. Plat. T. I. p. 39 sqq. Ceterum hoc decretum ex Pythagoricis ductum esse fontibus praeter alios ad hunc locum Wyttenbachius docuit.

B. *ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους*] Aesopi fabulae, quae supra dicebantur *λόγοι*, hic appellantur *μῦθοι*. Quod ne cui mirum accidat, tenendum est *λόγον* esse vocabulum generis atque significare quamcunque orationem et narrationem, sive veram sive fictam; sed interdum, ubi opponitur *μῦθος*, de narratione vera usurpari solet. vid. Wyttenbach. ad h. l. et Creuzer. Symbol. T. I. p. 44—51. imprimis p. 49. — Deinde ne quis scribendum putet: *οὐκ εἴην μυθολογικός*, hac modorum variatione nihil frequentius est. Vid. quae collegerunt Matthiae Miscell. Philol. Vol. I. p. 53 sq. Baehr. in Creuzeri Melett. III. p. 49. Baitinger in Actis Philologor. Monac. III. 2. p. 165. alii. Nimirum transit Socrates ab obliqua oratione ad rectam. Ceterum *μετὰ τὸν θεόν* interpreteris: quum deum hymno celebraveram; postquam carmen in deum feceram: de quo usu loquendi dicemus ad Legg. V. p. 746. D. VII. p. 794. B. 812. B. Interea consuluisse sufficiet A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 587. C. p. 1377. ed. 3.

τούτους ἐποίησα] h. e. versibus ligavi, in carminis modos redegi. Qui verbi usus est rarissimus, et a Wyttenbachio ad h. l. il-

Cap. V. Ταῦτα οὖν, ὦ Κέβης, Εὐηνῷ φράζε,
καὶ ἐῤῥῶσθαι, καὶ ἂν σωφρονῇ ἐμὲ διώκειν ὡς τάχι-
C στα. ἄπειμι δέ, ὡς ἔοικε, τήμερον· κελεύουσι γὰρ
Ἀθηναῖοι. Καὶ ὁ Σιμμίας, Οἷον παρακελεύει, ἔφη,
τοῦτο, ὦ Σώκρατες, Εὐηνῷ; πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντε-
τύχηκα τῷ ἀνδρί· σχεδὸν οὖν, ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι,
οὐδ᾽ ὁπωςτιοῦν σοι ἑκὼν εἶναι πείσεται. Τί δαί; ἦ
δ᾽ ὅς· οὐ φιλόσοφος Εὐηνός; Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη ὁ
Σιμμίας. Ἐθελήσει τοίνυν, ἔφη, καὶ Εὐηνὸς καὶ

ἐμὲ διώκειν ὡς τάχιστα] ὡς τάχιστα, quod editt. omnes omittunt, e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. m. addere non dubitavi.

C. *οὐδ᾽ ὁπωςτιοῦν σοι ἑκών*] Omisi ἄν, vulgo ante σοι interpositum, cum Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. Abiecit etiam Bekkerus. Quanquam illud si plus commendationis a melioribus codicibus haberet, idoneis rationibus demonstratus, allato inter alia celeberrimo loco Herodoti II. 53., quo Homerus et Hesiodus dicuntur εἶναι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, de quo v. Bode De Orpheo p. 49 sq. — *ἠπιστάμην*, memoria tenebam, ut Protagor. p. 339. B.

Cap. V. *ἐμὲ διώκειν ὡς τάχιστα*] Editt. omittunt verba ὡς τάχιστα, quae iniuria damnavit Heindorf. Etsi enim agitur de θανάτου μελέτῃ philosophorum, tamen vel sic Socrates Evenum potest cohortari, ut ipsum quam proxime sequatur, neque ideo de morte voluntaria cogitandum.

C. *οἷον παρακελεύει —*] h. e. οἷόν ἐστι ὃ παρ. Verba sunt admirantis atque indignantis. Sic οἷα ποιεῖς, infra p. 117. D. ubi v. ann. — De proximis: *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα* cf. Lachet. p. 197. D. ὁ δὲ Δάμων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει. Cratyl. p. 396. D. ἕωθεν πολλὰ αὐτῷ συνῆν. Parmenid. p. 126. B. Ζήνωνος ἑταίρῳ πολλὰ ἐντετύχηκε. Eurip. Alcest. 189 πολλὰ ἐπιστράφη, saepe rediit. Xen. Cyrop I. 5, 14. πολλὰ γάρ μοι συνόντες ἐπίστασθε. quae partim iam Heindorf. comparavit, laudans praeterea Berglerum ad Aristoph. Equitt. 409. Sic etiam πλεῖστα Hipp. mai. p. 281. B.

σχεδὸν οὖν — πείσεται] In his ἐξ ὧν ᾔσθημαι breviter dictum est pro ἐκ τούτων (secundum ea), ἃ ἐγὼ ᾔσθημαι.

ἑκὼν εἶναι] quantum quidem sponte facturus sit. v. Hermann. ad Viger. p. 888.

οὐ φιλόσοφος Εὐηνός;] Profitebatur enim artem sophistarum atque docebat ita, ut a singulis discipulis quinas minas exigeret. v. Apolog. c. IV.

τούτου τοῦ πράγματος] Intell. φιλοσοφίας.

βιάσεται αὐτόν] i. e. ἀποκτενεῖ ἑαυτόν. v. c. VI.

οὐ γάρ φασι θ. εἶναι] Negarunt hoc Academici et ante eos Pythagorei. vid. Cicer. Cat. Mai c. XX. Macrobius

πᾶς, ὅτῳ ἀξίως τούτου τοῦ πράγματος μέτεστιν. οὐ μέντοι γ' ἴσως βιάσεται αὑτόν· οὐ γάρ φασι θεμιτὸν εἶναι. Καὶ ἅμα λέγων ταῦτα καθῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεζόμενος οὕτως D
ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο.

Ἤρετο οὖν αὐτὸν ὁ Κέβης, Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες, τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι ἑαυτὸν βιάζεσθαι, ἐθέλειν δ' ἂν τῷ ἀποθνήσκοντι τὸν φιλόσοφον ἕπεσθαι; Τί δαί, ὦ Κέβης; οὐκ ἀκηκόατε σύ τε καὶ Σιμμίας

fendi posset. v. Hermann. De Partic. *ἄν* p. 33. Rost. Gr. Gr. §. 120. anu. 4. p. 602.

τοίνυν, ἔφη, καὶ Εὐ.] *ἔφη* e Vat. Ven. *Π.* Vind *Φ.* Flor. a. d. m. Par. BC. et marg. Bodl. restitutum.

οὐ μέντοι γε ἴσως] Sic Bodl. Vat. Vind. 2. 3. 6. Flor. d. Par. G. Ambr. Ceteri fere *μέντοι* sine *γε.* Steph. *μέν.*

τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης] *ἀπὸ τῆς κλίνης* om. Bodl. Tub.

in Somn. Scipion. I. 13., qui hunc ipsum Platonis locum laudat et quodammodo explicat. Cic. Tusculan. I. 30., ubi plura Davisius.

καθεζόμενος οὕτως ἤδη κ. λ. διελέγετο] i. e. *καθέζετο καὶ οὕτως ἤδη — διελέγετο.*

D. *τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι — ἐθέλειν δ' ἂν*] h. e. *ὅτι μὴ θεμιτόν ἐστι — ἐθέλοι δ' ἂν — ὁ φιλόσοφος ἕπεσθαι.* Monui, ne quis *ἄν* cum *ἕπεσθαι* connectendum putet.

Τί δαί, ὦ Κ. οὐκ ἀκηκόατε —] Ex hoc loco Boeckhius in Philolao p. 104 sqq. collegit fieri potuisse, ut Plato iam adolescens accuratiore philosophiae Pythagoricae notitia per Philolaum olim Thebis commoratum imbueretur. De quo nobis secus videtur. Nam quod Socrates Cebetem ac Simmiam interrogat, audiverintne aliquid a Philolao, utpote Thebis versato, de morte voluntaria, illi autem respondent improbasse quidem illum hoc mortis genus, nec tamen sententiae suae rationes clare ac perspicue explicavisse, est id profecto eiusmodi, ut contrarium probare videatur. Nam primum quidem Thebani amici testantur liquido Philolai rationem sibi mansisse obscuriorem. Unde colligi licet eam ne Thebis quidem satis tum innotuisse. Deinde Socrates ipse claris verbis fatetur sibi sapientis illius doctrinam plane mansisse ignotam. Quibus verbis Plato videtur significare voluisse Socrate vivo nullam dum rationis Philolaicae notitiam Athenas perlatam fuisse. Nimirum ut dicamus, quod nobis videtur probabile, usus est Plato hic artificio callidissimo, quo significaret, quid de disputatione Socrati tributa sentiendum esset. Cui quum non pauca adscripserit, quae ex doctrinae Pythagoricae fontibus ducta sunt, hoc loco sibi faciendum putavit, ut ea aliquo modo indicaret non iam ipsi Socrati nota fuisse, sed a semet ipso inde repetita esse et per dialogi opportunitatem huic assignata.

περὶ τῶν τοιούτων Φιλολάῳ συγγεγονότες; Οὐδέν γε σαφές, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ μὴν κἀγὼ ἐξ ἀκοῆς περὶ αὐτῶν λέγω· ἃ μὲν οὖν τυγχάνω ἀκηκοώς, φθόνος οὐδεὶς λέγειν. καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρέπει μέλ-
E *λοντα ἐκεῖσε ἀποδημεῖν διασκοπεῖν τε καὶ μυθολογεῖν περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ἐκεῖ, ποίαν τινὰ αὐτὴν οἰόμεθα εἶναι· τί γὰρ ἂν τις καὶ ποιοῖ ἄλλο ἐν τῷ μέχρι ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ;*

Cap. VI. *Κατὰ τί οὖν δή ποτε οὔ φασι θεμι-*

D. *Οὐδέν γε σαφές*] *σαφῶς* Bodl. Tub.
ἃ μὲν οὖν τυγχάνω] V. *μέντοι*, invitis codicibus fere omnibus, ut videtur.
E. *μέχρι ἡλίου*] V. *μέχρις*, quod vere e Bodl. Vind. *ΥΦ.* Par. AGI. Ambr. Flor. d. i. Zitt. Ven. *ΞΠ.* mutatum, siquidem grammatici recte praecipiunt *μέχρι* et *ἄχρι* etiam ante literaa vocalea tenendum eaae. conf. ad p 109. A.

Φιλολάῳ συγγεγονότες] Fuit hic Tarentinus vel aecundum alios Crotoniates, nobilissimus Pythagoreus, de quo quaecunque uota sunt doctissime exposuit A. Boeckhius in libro: Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchatücken seines Werkes. Berol. 1819., qui ex hoc loco ipso collegit vixisse Philolaum circiter inde ab Olympiad. LXX. uaque ad Ol. XCV. Conf. etiam Meinera: Geschichte der Wissenschaften in Griechenland u. Rom Vol. I. p. 178 sqq. Hermann. Gesch. der Plat. Philos. I. p. 59. et 161.

φθόνος οὐδεὶς λ.] h. e. lubenter dicam. vid. Viger. p. 153.

καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρ.] In his *καὶ μάλιστα* eat vel maxime, uau haudquaquam raro, ut non videam, cur alii de hac ratione dubitaverint. Deinde *μέλλοντα* apud infinitivum pendentem ita ponitur, ut persona intelligatur indefinita. Vulgo *τινὰ* aupplent, quo non opus.

E. *ἐκεῖσε ἀποδημεῖν*] i. q. *εἰς Ἅιδου ἀπιέναι.* — Verbum *μυθολογεῖν*, ut infra p. 70. B. Legg. I. p. 632. E. Apolog. p. 39. E. Phaedr. p. 276. E. *διαμυθολογεῖν*, est confabulari, poniturque apud Platonem fere de rebus occultis magnaque obscuritate involutis, ita ut in iia explicandis ludere magia et confabulari quam certas aut veri similes ratioues aequi videaris. — Pro *τῆς ἐκεῖ* exspectaveram *τῆς ἐκεῖσε.* Sed ita Sophocl. Oedip. Col. 1015. *ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με χωρεῖν*, ubi plura dedit Doederlinus. Herodot. *ἐλθὼν δ' ἐκεῖ, πατέρα τε καὶ μητέρα εὑρήσεις.* Plutarch. De Isid. et Osir. p. 352. *ἐκεῖ βαδίζειν.* Arrian. Epict. III. c. 24. *ἄν μ' ἐκεῖ πέμπῃς.* Alia collegit Schaefer. ad Steph. Thesaur. c. 3659. C.

Cap. VI. *Κατὰ τί οὖν δή ποτε*] Aristoph. Nubb. 238. *ἦλθες δὲ κατὰ τί;* ubi v. Ber-

τὸν εἶναι αὐτὸν ἑαυτον ἀποκτιννύναι, ὦ Σώκρατες;
ἤδη γὰρ ἔγωγε, ὅπερ νῦν δὴ σὺ ἤρου, καὶ Φιλολάου
ἤκουσα, ὅτε παρ' ἡμῖν διητᾶτο, ἤδη δὲ καὶ ἄλλων
τινῶν, ὡς οὐ δέοι τοῦτο ποιεῖν· σαφὲς δὲ περὶ αὐ-
τῶν οὐδενὸς πώποτε οὐδὲν ἀκήκοα. Ἀλλὰ προθυ- 62
μεῖσθαι χρή, ἔφη· τάχα γὰρ ἂν καὶ ἀκούσαις. ἴσως
μέντοι θαυμαστόν σοι φανεῖται, εἰ τοῦτο μόνον τῶν
ἄλλων ἁπάντων ἁπλοῦν ἐστι, καὶ οὐδέποτε τυγχάνει
τῷ ἀνθρώπῳ, ὥςπερ καὶ τἆλλα, ἔστιν ὅτε καὶ οἷς

Κατὰ τί οὖν δή ποτε] Sic Vat. Ven. *Π*. *Φ*. Par. G. alii. Vulgo *κατὰ τί δὴ οὖν ποτε*.

ὅπερ νῦν δὴ σὺ ἤρου] Sic Bodl. Par. CH. Tub. Flor. a. m. Vind. 4. Vett. editt. *δὴ νῦν*, frequenti permutatione. v p. 62. E.

P. 62. *τάχα γὰρ ἂν καὶ ἀκούσαις*] Sic Bodl. Ven *Π*. Par. A. Vind. *Φ*. Par. C. Ambr. Flor. a. b. m. Vett. editt. habent *ἀκούσαιο*.

gler. Avv. 917. *ἀτάρ, ὦ ποιητά, κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης;* Schaeferus ad Lambert. Bos. p. 239. extr. malebat: *κατὰ τί οὖν δήποτε*.

σαφὲς δὲ περὶ αὐτῶν —] Carpit hominum obscuram disserendi rationem. Olympiodorus ad h. l.: *ἔθος ἦν*, inquit, *τοῖς Πυθαγορείοις δι' αἰνιγμάτων λέγειν*.

P. 62. *ἴσως μέντοι θαυμαστόν σοι φ. κ. τ. λ.*] Longum est varias interpretum de hoc loco sententias recensere. Recte Heindorf. sensum verborum ita reddidit: Fortasse tamen mirum tibi videbitur, si hoc unum de ceteris omnibus simpliciter verum sit et sine ulla exceptione (sc. mori melius esse quam vivere), neque unquam accidat, ut, quemadmodum in ceteris omnibus rebus, interdum et aliquibus hominum (non semper, neque omnibus) satius sit mori quam vivere: quibus autem satius est mori, mirabere fortasse, si iisdem nefas sit sibimet ipsis benefacere etc. Itaque *ἁπλοῦν* est id, quod simpliciter et sine exceptione verum est, absolut wahr, ut docent verba deinceps addita. Cuius significationis exempla plurima reperiuntur v. Gorg. p. 503. A. Sympos. p. 180. C. Phaedr. p. 244. A.; ubi haec leguntur: *εἰ μὲν γὰρ ἦν ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγετο*. — Haec autem: *καὶ τἆλλα* idem significant quod *καὶ κατὰ τἆλλα*. — Porro *ἔστι* non solum cum *ὅτε* connectendum est, sed etiam cum *οἷς*, ita ut *ἔστιν οἷς*, idem sit quod *ἐνίοις*. v. Viger. p. 234 sq. et p. 919. Denique ne quis post *βέλτιον* participium *ὂν* interponendum esse putet, verbum *τυγχάνειν* etiam sine participio usurpatum esse hodie satis constat. Cf. Herm. ad Viger. p. 761 sq. Platonica rei exempla si desideres, compares quaeso Apol. p. 38. A. Gorg. p. 502. B. Prot. p. 313. E. Phaedr. p. 263. E. 230. A.

βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν. οἷς δὲ βέλτιον τεθνάναι, θαυμαστὸν ἴσως σοι φαίνεται, εἰ τούτοις τοῖς ἀνθρώποις μὴ ὅσιόν ἐστιν αὐτοὺς ἑαυτοὺς εὖ ποιεῖν, ἀλλ' ἄλλον δεῖ περιμένειν εὐεργέτην. Καὶ ὁ Κέβης ἠρέμα ἐπιγελάσας, Ἴττω Ζεύς, ἔφη, τῇ αὑτοῦ φωνῇ
B εἰπών. Καὶ γὰρ ἂν δόξειεν, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὕτω γ' εἶναι ἄλογον· οὐ μέντοι ἀλλ' ἴσως ἔχει τινὰ λόγον. ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδι-

μὴ ὅσιόν ἐστιν] *ἐστιν* praeeunte Bekkero e Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. addidi. Bodl. supra versum ponit.

B. *ἀλλ' ἴσως ἔχει*] Sic Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Vett. editt. *ἀλλ' ἴσως γ' ἔχει.*

ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι] Bodl. in marg. *ἐσμὲν πάντες οἱ ἄνθρ.*

Ἴττω Ζεύς] Schol. *τὸ ἴττω ἐπιχωριάζοντός ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἴστω, τῇ Βοιωτίᾳ διαλέκτῳ.* Epist. Plat. VII. p. 245. A. Similiter exclamat Boeotus apud Aristoph. Acharn. 860. et 911. Cf. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 1671. p. 561. Hemsterhus. ad Hesych. T. II. p. 15. Affirmat autem his verbis Cebes miram sibi utique videri hanc, quam Socrates memoraverat, repugnantiam.

B. *οὕτω γ'*] sic primo adspectu, i. q. *ὡς οὕτως ἀκοῦσαι*, wenn man es so hört. v. Euthyphr. p. 3. B. Lysid. p. 216. A. cf. Reizius ad Viger. p. 744.

ἔχει τινὰ λόγον] non temere, non sine ratione dicitur.

ἐν ἀποῤῥήτοις λεγ.] Olympiodorus ad h. l. Proclus ad Polit. p. 372., alii, putant Socratem respicere ad mysteria Eleusinia. Quae sententia quum iam per se habeat quod moveat erroris suspicionem, tum magnopere displicet propterea, quod mysteria apud Platonem nusquam nomine *τῶν ἀποῤῥήτων* designantur. Itaque non dubito eorum accedere sententiae, qui interiorem Pythagoreorum doctrinam intelligendam esse censuerunt, sicut *ἀπόῤῥητα* philosophorum tanguntur Theaet. p. 152. C., praesertim quum Cicero Caton. Mai. c. 20. hoc decretum Pythagoreis diserte tribuat: Ita fit, inquit, ut illud breve vitae reliquum nec avide appetendum senibus nec sine causa deserendum sit; vetatque Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere. Quamquam antiquiorum Pythagoricorum ratio cum Orphicorum placitis nescio quid habuit necessitudinis v. Lobeck. Aglaopham. p. 795 sqq. Itaque quae deinceps a Socrate dicuntur, ea et ipsa ex doctrina Pythagoreorum repetita esse facile largimur Wyttenbachio et Boeckhio, qui l. c. p. 179 sqq. de hoc loco doctissime disputavit. Prior tamen sententiae pars, corpus esse animi carcerem, ab

*δράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος
διιδεῖν· οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης,
εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμέ-
νους καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων
τοῖς θεοῖς εἶναι. ἢ σοὶ οὐ δοκεῖ οὕτως; Ἔμοιγε,
ἔφη ὁ Κέβης. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, καὶ σὺ ἂν τῶν* C
*σαυτοῦ κτημάτων εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι, μὴ
σημήναντός σου, ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι, χαλεπαί-
νοις ἂν αὐτῷ, καὶ εἴ τινα ἔχοις τιμωρίαν, τιμωροῖο
ἄν; Πάνυ γ', ἔφη. Ἴσως τοίνυν ταύτῃ οὐκ ἄλογον*

Etiam in Flor. d. *πάιτες* superscriptum.

τοὺς ἐπιμελουμένους] Tub. Vat. Vind. Y. Par. L. Zitt. *ἐπιμελομένους*. Vulgatum minus Atticum habetur, quanquam non est temere spernendum. v. ad Apolog. p. 29. D. Sympos. p. 191. C.

C. *ταύτῃ οὐκ ἄλογον*] Vett. editt. errore *ταύτην*.

ipso Platone ad Orphicos auctores refertur in Cratylo p. 400. C. Unde extiterunt qui omnino hic de mysteriis Orphicis cogitari vellent v. Lobeck. Aglaoph. p. 795. et Hermann. Histor. Philos. Plat. p. 162. coll. p. 240. Ceterum eandem sententiam exornarunt Cicero Somn. Scip. c. III. Tuscul. I. 30. Lactant. Institutt. III. 18. et VI. 17. Macrobius in Somn. Scipion. c. 13. Stobaeus Serm. CXVI. Valer. Maxim. II. 6. Clemens Alex. Strom. III. p. 434. A. Theodoret. Gr. Aff. Cur. V. p. 821. ed. Schulz. — Deinde *φρουρᾷ* non de statione, sed de carcere intelligendum videtur, id quod vel e Ciceron. Somn. Scip. III. et Tusc. I. 30. colligere licet: clarius etiam patet ex fragmento Philolai apud Boeckhium p. 151. *καὶ Φιλόλαος δὲ ὥσπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει.* — *μέγας τις*, i. e. difficilis; v. ad Euthydem. p. 275. D. Hipp. mai. p. 287. A.

ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους — τοῖς θεοῖς εἶναι] Geminum Platonis effatum est Legg. X. p. 902. B. *θεῶν γε μὴν κτήματά φαμεν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα, ὥσπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον. — ἤδη τοίνυν σμικρὰ ἢ μεγάλα τις φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς· οὐδετέρως γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη προσῆκον, ἐπιμελεστάτοις γε οὖσι καὶ ἀρίστοις.* Ibid. p. 906. A. *ἡμεῖς δ' αὖ κτήματα θεῶν καὶ δαιμόνων.* Critias p. 109. B. *κατοικίσαντες οἷον νομῆς κτήματα καὶ ποίμνια καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς ἔτρεφον.* cf. Cicero Tuscul. I. 30.

C *ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι*] Verissime statuit Heindorf. inter haec, *ἀποκτιννύοι, χαλεπαίνοις, ἔχοις, τιμωροῖο*, accuratius futurum fuisse *βούλοιο*. Sed nihil mutandum esse satis docet locus ab ipso comparatus, Gorg. p. 464. D. *ὥστ', εἰ δέοι — διαγωνίζεσθαι — πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν —, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν.*

μὴ πρότερον αὑτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥςπερ καὶ τὴν νῦν παροῦσαν ἡμῖν.

Cap. VII. *Ἀλλ' εἰκός, ἔφη ὁ Κέβης, τοῦτό γε φαίνεται. ὃ μέντοι νῦν δὴ ἔλεγες, τὸ τοὺς φιλοσόφους ῥᾳδίως ἂν ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἔοικε τοῦτο,*
D *ὦ Σώκρατες, ἀτόπῳ, εἴπερ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν εὐ-*

πρὶν ἀνάγκην] Bekker. et Turr. de coniectura Heindorfi: *πρὶν ἂν ἀνάγκην*. In Flor. i superscriptum *ἂν* post *τινά*. Deinde *ὁ* ante *θεὸς* Bodl. supra versum adscriptum habet.

D. *τὸν ἐπιμελούμενον ἡμῶν*] Unus Vat. *ἐπιμελόμενον*· unde etiam antea B. vulgarem formam tenui. Infra p. 115. B. omnes *ἐπιμελούμενοι*. conf. Apol. p. 29. D.

πρὶν ἀνάγκην τινὰ — ἐπιπέμψῃ] Bekkerus *ἂν* post *πρὶν* inseruit de sola Heindorfi coniectura: quod dubitari certe potest an tacere non debuerit vir praestantissimus. Quum enim poetae *μέχρι, ἄχρι, πρίν, ἕως*, sine *ἂν* cum subiunctivo maxime frequentare soleant (cf. Brunck. ad Sophocl. Oed. Col. 393. ad Aeschyl. Sept. c. Theb 259. Porson. ad Orest. 141. Lobeck. ad Aiac. 759. Schaefer. ibid. v. 1074. Monk. ad Alcest. 76. Matthiae ad Hecub. 250. Heindorf. ad Protagor. p. 592.), quid causae esse dicamus, cur eandem rationem solutae orationis scriptoribus prorsus eripiendam esse statuamus? Accedit, quod satis idonea huius libertatis causa afferri potest, quam neglexisse videntur qui de hac re vel obiter vel dedita opera disputarunt. Etenim coniunctivus, quoniam iam natura sua declarat id, quod extrinsecus suspensum est, antiquioribus Graecis non videbatur indigere *ἂν* particula, ubi indicandum esset id, quod aliunde suspensum esset. Itaque poetas epicos atque tragicos, et, nisi fallor, etiam comicos, videmus frequentissime solum coniunctivum omissa *ἂν* particula usurpasse, naturali quodam veritatis sensu ductos. Postea autem, crescente paullatim perspicuitatis studio, factum est, ut, quo facilius facultas rerum aliunde suspensa intelligeretur, *ἂν* particula inferri soleret: quod non miraberis eo tempore potissimum fieri coeptum esse, quo Graeci pedestris orationis genus colere instituerunt. Sed mirum tamen foret, si usus maiorum inde ab illo tempore adeo evanuisset, ut ne minima quidem illius vestigia remansissent. Enimvero non solum poetae pristinam illam loquendi rationem usque frequentabant, sed ne causa quidem ulla erat, quae ad perpetuum et constantem illius voculae usum impelleret aut cogeret. Quae quum ita sint, equidem non dubito ab eorum sententia discedere, qui pedestris orationis scriptoribus putant nunquam licuisse solo nudo coniunctivo uti, atque in ea sum opinione, ut, sicubi sententiae ratio iam per se pateret aut minus graviter actionis extrinsecus pendentis ratio esset significanda, etiam in soluta oratione *ἂν* istud omitti potuisse

λόγως ἔχει, τὸ θεόν τε εἶναι τὸν ἐπιμελούμενον ἡμῶν καὶ ἡμᾶς ἐκείνου κτήματα εἶναι. τὸ γὰρ μὴ ἀγανακτεῖν τοὺς φρονιμωτάτους ἐκ ταύτης τῆς θεραπείας ἀπιόντας, ἐν ᾗ ἐπιστατοῦσιν αὐτῶν οἵπερ ἄριστοί εἰσι τῶν ὄντων ἐπιστάται, θεοί, οὐκ ἔχει λόγον. οὐ γάρ που αὐτός γε ἑαυτοῦ οἴεται ἄμεινον ἐπιμελήσεσθαι, ἐλεύθερος γενόμενος· ἀλλ' ἀνόητος μὲν ἄνθρω-

οὐ γάρ που αὐτός] V. πω, quod e Bodl. Vat. Flor. d., septem Vindobb. Par. G. correctum. Dein vulg. ἐπιμελεῖσθαι, quod Buttmanno Gr. Ampl. T. I. p. 403. defendi posse videbatur, e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π*. Par. AEG. Ambr. Vind. 1. 3. 6. Flor. a. d. m. mutavimus.

existimem. Sed exempla proponamus ad confirmandam hanc sententiam. Herodot. VI. 82. *πρὸς ὦν ταῦτα οὐ δικαιεῦν πειρᾶν τῆς πόλιος, πρίν γε δὴ ἱροῖσι χρήσηται καὶ μάθη, εἴτε οἱ ὁ θεὸς παραδιδοῖ, εἴτε οἱ ἐμποδὼν ἕστηκε.* Ibid. IV. 196. *οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν ἀνορθώσωσι.* Ibid. I. 19. *φὰς οὐκ ἐπαναστήσειν — πρὶν ἢ ἐξέλῃ σφέας.* Thucyd. VIII. 9. *οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἐπειγομένων αὐτῶν τὸν πλοῦν, οὐ προεθυμήθησαν ξυμπλεῖν πρὶν τὰ Ἴσθμια — διεορτάσωσιν.* Ibid. paullo post: *οὐ βουλόμενοί πω πολέμιον ἔχειν, πρίν τι καὶ ἰσχυρὸν λάβωσι.* Platon. Tim. p. 57. B. *λυόμενα οὐ παύεται, πρὶν ἢ παντάπασιν ὠθούμενα καὶ διαλυτὰ ὄντα ἐκφύγῃ — ἢ νικηθέντα — μείνῃ.* Theaet. p. 169. B. *τὸν γὰρ προςελθόντα οὐκ ἀνίης, πρὶν ἀναγκάσῃς — προςπαλαῖσαι*, ubi *ἂν* invitis codicibus inferciunt. Legg. IX. p. 873. A. *οὐδὲ ἔκπλυτον ἐθέλειν γίγνεσθαι τὸ μιανθέν, πρὶν φόνον φόνῳ — τίσῃ κ. τ. λ.* Aeschin. adv. Ctesiph. §. 60. in Lys. et Aeschin. Or. Sel. ed. Breml. *μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω, πρὶν ἀκούσῃ.* Antiphon. adv. Phorm. p. 619. *οἱ δ' ἐπιβουλευόμεναι οὐδὲν ἴσασι, πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον ἐν ᾧ εἰσί.* Aristoph. Ran. 1281. *μή, πρίν γ' ἀκούσῃς χἀτέραν στάσιν μελῶν.* Ceterum cf. Poppo de Elocut. Thucyd. p. 140 sq. ad Xenophont. Cyrop. III. 3, 50. Lobeck. ad Phrynich. p. 15. et prae ceteris Hermann. De Particula *ἄν*, libr. II. cap. 8. p. 103 sqq.

Cap. VII. *ῥαδίως ἂν ἐθέλειν ἀποθν*] h. e. lubenter mori velle. Nam opponitur mox *ἀγανακτεῖν ἀποθνήσκοντα* et *ἀγανακτεῖν τῷ θανάτῳ.* Eodem modo paullo post *ῥαδίως ἀπαλλάττεσθαι*, aequo animo, non invitum discedere, dicitur.

D. *οἵπερ — ἐπιστάται, θεοί*] Ne quis desideret articulum ante *θεοί*, solet hoc nomen, quando non de uno ac definito quodam, sed de universo genere intelligendum est, illo saepe carere. v. Schaeferi Melett. p. 4. Schneider. ad Xenophont. Cyrop. III. 1, 34. et annot. ad Criton. c. VIII.

οὐ γάρ που αὐτός γε] De harum particularum usu dictum est ad Apolog. Socrat. c. V. in. — Notetur autem hic transitus

πος τάχ' ἂν οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ
E δεσπότου, καὶ οὐκ ἂν λογίζοιτο, ὅτι οὐ δεῖ ἀπό γε
τοῦ ἀγαθοῦ φεύγειν, ἀλλ' ὅ τι μάλιστα παραμένειν,
διὸ ἀλογίστως ἂν φεύγοι· ὁ δὲ νοῦν ἔχων ἐπιθυμοῖ
που ἂν ἀεὶ εἶναι παρὰ τῷ αὐτοῦ βελτίονι. καίτοι
οὕτως, ὦ Σώκρατες, τοὐναντίον εἶναι εἰκὸς ἢ ὃ νῦν
δὴ ἐλέγετο· τοὺς μὲν γὰρ φρονίμους ἀγανακτεῖν ἀπο-
θνήσκοντας πρέπει, τοὺς δ' ἄφρονας χαίρειν. Ἀκού-
σας οὖν ὁ Σωκράτης ἡσθῆναί τε μοι ἔδοξε τῇ τοῦ
63 Κέβητος πραγματείᾳ, καὶ ἐπιβλέψας εἰς ἡμᾶς Ἀεί
τοι, ἔφη, ὁ Κέβης λόγους τινὰς ἀνερευνᾷ, καὶ οὐ
πάνυ εὐθέως ἐθέλει πείθεσθαι ὅ τι ἄν τις εἴπῃ.
Καὶ ὁ Σιμμίας Ἀλλὰ μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, νῦν

E. *ὃ νῦν δὴ ἐλέγετο*] Sic codd. optimi quique pro vulg. *δὴ νῦν*.

P. 63. *ὅ τι ἄν τις εἴπῃ*] Sic Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΑΞΠ*. Flor. a. b. e. i. alii. Vitiose vett. editt. *εἴποι*.

δοκεῖ τί μοι καὶ αὐτῷ] *μοι δοκεῖ τι* Bodl. Tub.

ἀμείνονς αὐτῶν] Sic vett. editt. Ven. *Ξ*. et multi alii *αὐτῶν*. Atqui intelligit Simmias dominos ipsis sapientibus melio- a numero plurali ad singularem, quo tamen nihil apud Platonem est frequentius. v, Gorg. p. 478. B. C. *ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐστι καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; — Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται κ. τ. λ.*, ubi v. Heindorf., qui multa huius generis exempla collegit ad Protagor. p 319 A. conf. etiam Weber ad Demosthen. Aristocr. p. 399. De simili ratione Latinorum scriptorum v. Davisius ad Cicer. de Nat. Deor. I. 10.

οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δ.] Expectabas *τοῦτο*, quum subsequatur *φευκτέον εἶναι*. Sed ne quid novi moliaris, prohibebunt sine dubio quae de hac re scripsimus ad Apol. v. 19. D. Gorg. p. 442. A. Ita etiam infra p. 68. B. 70. D. Ceterum Schuetzio ista: *ἀλλ' ἀνόητος — ἀπο τοῦ δεσπότου*, praeter Cebetis mentem atque sententiam nimis universe nec satis definite pronuntiari olim visa sunt. Non enim a quocunque domino, etiam pessimo et crudelissimo, fugere stultum videri Cebeti, sed tantum a bono et qui melius servis, quam ipsi possint prospiciat. Itaque vir acutissimus aliquod verbum excidisse suspicatus corrigendum coniecit: *ἀπὸ τοῦ ἀμείνονος αὐτοῦ δεσπότου*, vel *ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου*. At vero non opus videtur hoc supplemento, quum insequantur haec: *καὶ οὐκ ἂν λογίζοιτο, ὅτι οὐ δεῖ ἀπό γε τοῦ ἀγαθοῦ φεύγειν*, quae sententiam, antea universe enuntiatam, satis accurate definiunt.

P. 63. *τῇ τοῦ Κέβητος πραγματείᾳ*] Olympiodo-

γε δοκεῖ τί μοι καὶ αὐτῷ λέγειν Κέβης· τί γὰρ ἂν βουλόμενοι ἄνδρες σοφοὶ ὡς ἀληθῶς δεσπότας ἀμείνους αὐτῶν φεύγοιεν καὶ ῥᾳδίως ἀπαλλάττοιντο αὐτῶν; καί μοι δοκεῖ Κέβης εἰς σὲ τείνειν τὸν λόγον, ὅτι οὕτω ῥᾳδίως φέρεις καὶ ἡμᾶς ἀπολείπων καὶ ἄρχοντας ἀγαθούς, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖς, θεούς. Δί- B
καια, ἔφη, λέγετε. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς λέγειν, ὅτι χρή με πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι ὥςπερ ἐν δικαστηρίῳ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σιμμίας.

Cap. VIII. *Φέρε δή, ἦ δ' ὅς, πειραθῶ πρὸς ὑμᾶς πιθανώτερον ἀπολογήσασθαι ἢ πρὸς τοὺς δικαστάς. ἐγὼ γάρ, ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, εἰ μὲν μὴ ᾤμην ἥξειν πρῶτον μὲν παρὰ θεοὺς ἄλλους*

res, non aemet ipsis praestabiliorea. v. C. Fr. Hermann. in: Abhandl. u. Beiträg. zur klass. Litter. p. 66 sqq. Nuper tamen editt. *αὐτῶν* susceperunt. conf. p. 107. C.

B. *πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι*] *πρὸς ταῦτα* e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. AC. Ambr. Flor. a. c. d. m. restitutum est. Mox Bodl. *πιθανώτερον πρὸς ὑμᾶς*, quod nemo amplectetur.

rus p. 14. *τὴν πραγματειώδη ἀπορίαν πραγματείαν ἐκάλεσεν ὁ Πλάτων*. Nimirum *πραγματεία* est tractatio alicuius rei, adiuncta fere sedulitatis ac diligentiae notione, ut observavit Astius ad Phaedrum p. 382.

ἀεί τοι — ὁ Κέβης] Nos: immer doch spürt Cebes etwas auf. Etenim in huiusmodi locis *τοι* habet vim confirmandi cum quadam admiratione vel indignatione. Homer. Iliad. I. 540. *αἰεί τοι φίλον ἐστὶ — κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν*. V. 873. *αἰεί τοι ῥίγιστα θεοὶ τετληότες εἰμέν*. Aeschyl. Prom. 42. *αἰεί γέ τοι νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως*, ubi male *γε δὴ* editur.

ὅ τι ἂν τις εἴπῃ] quodcunque illud sit, quod quis dixerit. Male vulgo *εἴποι*, quod significaret: quodcunque aliquis sub certa quadam conditione dicat, vel quodcunque aliquis dicere possit.

δοκεῖ τί μοι καὶ αὐτῷ λέγειν] h. e. nunc mihi et ipsi videtur aliquid dicere, quod dignum sit, cuius habeatur ratio; quod movere possit gravem dubitationem atque dignam, quae tollatur. Formula in vulgus nota, de qua dixit etiam Matthiae §. 487. 5.

ἄνδρες σοφοὶ ὡς ἀληθῶς] Infra c. IX. vocatur *ὁ ὄντως φιλόσοφος*. c. XI. *ὁ γνησίως φιλόσοφος*. c XII. *ὁ φιλοσοφῶν ὀρθῶς*

εἰς σὲ τείνειν] h. e. te petere hac oratione, his verbis. De participio *ἀπολείπων* post *ῥᾳδίως φέρεις* posito v. Matth. §. 550. 1.

σοφοὺς τε καὶ ἀγαθούς, ἔπειτα καὶ παρ' ἀνθρώπους τετελευτηκότας ἀμείνους τῶν ἐνθάδε, ἠδίκουν ἂν οὐκ ἀγανακτῶν τῷ θανάτῳ· νῦν δὲ εὖ ἴστε, ὅτι
C παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διισχυρισαίμην· ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, εὖ ἴστε, ὅτι, εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, διισχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο. ὥςτε διὰ ταῦτα οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ, ἀλλ' εὔελπίς εἰμι εἶναί τι τοῖς τετελευτηκόσι, καί, ὥςπερ γε καὶ πάλαι λέγεται, πολὺ ἄμεινον τοῖς ἀγαθοῖς ἢ τοῖς

C. ὦ Σώκρατες; αὐτὸς ἔχων] Editt. omnes, etiam Turic. ante αὐτὸς interponunt πότερον, quod cum Bodl. Tub. Coisl. Ven. Δ. Par. CEHIL. Aug. Flor. a. b. c. i. m. et pr. Vind. 2. omisi. In Bodl. tamen super versu adscriptum exstat.

D. ἡ ἀπολογία ἔσται] V. ἐστὶν, quod e Vat. Ven. Π. Ambr. mutatum. In Bodl. Tub., aliis, ἡ deest. Sed referuntur

Cap. VIII. B. ἠδίκουν ἂν οὐκ ἀγανακτῶν] Discant hoc exemplo tirones, quantum discriminis intersit inter usum vocis μή et οὔκ. Nam ubi legerimus cum Olympiodoro μὴ ἀγανακτῶν, sententia haec erit: iniuste facerem, si non indignarer. Sin retinemus cum libris omnibus msсptis et impressis οὐκ ἀγανακτῶν; sensus exsistit hic: iniuste facerem ego, dum non indignor. Ex quibus utrum praeferendum sit, nemo, opinor, dubius haerebit.

C. ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι] Rectissime Fischerus hunc locum a superiorum editorum corrigendi libidine vindicavit. „Ego vero, inquit, mihi et hic vestigia ἀνακολουθίας videre videbar. Atque primo quidem verba παρ' ἄνδρας τε sequi debebat καὶ παρὰ θεούς: sed verba, quae interposita sunt, καὶ τοῦτο — διισχυρισαίμην, iusserunt Platonem mutare structuram verborum, ne forte obscura fieret oratio: cuiusmodi ἀνακόλουθα nec alterius linguae auctoribus inusitata sunt. v. Graevius ad Cic. 14. ad Attic. ep. 17. h. e. ad 9. ad Div. ep. 14. 2. (Ex Platonis scriptis exempla collegimus ad Hipp. mai. p. 282. B. De Rep. VII. p. 522. B.) Deinde pro ὅτι — ἥξειν debebat esse ἥξοιμι, ut Mudgius praeclare vidit (imo ἥξω esse debebat). At particulas ὅτι et ὡς saepissime sequuntur infinitivi loco indicativi vel optativi, quum pendent a verbis, quibus addi recte poterant infinitivi simpliciter.“ Exempla infinitivi post ὅτι illati collegerunt Zeunius ad Xenoph. Cyropaed. I. 6, 18. Schaefer. in Append. ad Bastii Epistol. Crit. p. 36. Heindorf. ad h. l. Poppo Obss. in Thucyd. p. 185. Orelli ad Epist. Socrat. p. 211. alii. cf. Matth. §. 538. Rost. §. 122. not. 3. Eadem ratione ὡς constructum infra p. 108. C. Ceterum de re ipsa cf. Apol. S. c. XXXII. Cicero Cat. Mai. c. XXIII. Tuscul. I. 41.

οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ] h. e. non aeque moveor mor-

κακοῖς. Τί οὖν, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὦ Σώκρατες; αὐτὸς ἔχων τὴν διάνοιαν ταύτην ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, ἢ κἂν ἡμῖν μεταδοίης; κοινὸν γὰρ δὴ ἔμοιγε δοκεῖ D καὶ ἡμῖν εἶναι ἀγαθὸν τοῦτο. καὶ ἅμα σοι ἡ ἀπολογία ἔσται, ἐὰν ἅπερ λέγεις ἡμᾶς πείσῃς. Ἀλλὰ πειράσομαί γε, ἔφη. πρῶτον δὲ Κρίτωνα τόνδε σκεψώμεθα, τί ἐστιν ὃ βούλεσθαί μοι δοκεῖ πάλαι εἰπεῖν. Τί δέ, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Κρίτων, ἄλλο γε ἢ πάλαι μοι λέγει ὁ μέλλων σοι δώσειν τὸ φάρμακον, ὅτι χρή σοι φράζειν ὡς ἐλάχιστα διαλέγεσθαι; φησὶ

haec ad superiora, ut ἡ ἀπολογία sit ea, quam dixisti, defeusio.

ἐὰν ἅπερ λέγεις] V. λέγῃς. Recte Bodl. Coisl. Ven. *A*. Vind. *Y*. Par. CGHL. Ambr. Mox *γε* post *πειράσομαι* e Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. additum.

te, sive sim venturus et profecturus ad alios homines sapientiores et ad deos alios, sive non: i. e. valde moverer morte, nisi scirem et crederem me profecturum esse ad deos.

εἶναί τι τοῖς τετ.] manere mortuos neque interire. Infra p. 91. B. *εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι*. p. 72. D. *καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναι, καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς ἄμεινον εἶναι κ. τ. λ.*

αὐτὸς ἔχων τ. δ.] In his *αὐτὸς* est solus, usu admodum frequenti. Homer. Iliad. VIII. 99. *Τυδείδης δ' αὐτός περ ἐών*. Aristoph. Acharn. 503. Theocrit. Id. X. 19. XI. 12. al. Enimvero proprie est ipse, non alius.

D. *Κρίτωνα τόνδε σκεψώμεθα*] h. e. *σκεψώμεθα, τί ἐστιν, ὃ Κρίτων ὅδε βούλεσθαί μοι δοκεῖ*. De pronominis *τόνδε* usu v. Schaeferi Melett. Crit. p. 77 sqq. Elmslei. ad Eurip. Heraclid. 81. et Matth. §. 471.

Τί δέ — ἄλλο γε ἢ πάλαι μοι λέγει] h. e. nimirum dudum mihi dicit. Formula idem significat, quod *οὐδέν γ' ἄλλο ἢ πάλαι μοι λ.* Plene dixeris: *τί δὲ ἄλλο γέ ἐστιν ἢ τοῦτο, ὅτι πάλαι μοι λ.* Exempla huius loquendi formae collegerunt Heindorf. ad h. l. et Boissonad. ad Philostrat. Heroic. p. 439. Matth. Gr. §. 488. 11. — *πάλαι* etiam de breviore temporis spatio dici iam alibi dictum est.

ὁ μέλλων σοι δώσειν τὸ φάρμακον] h. e. undecimvirorum apparitor, qui c. LXV. *ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης* vocatur, et a Plutarcho Phocion. p. 758. E. *ὁ δημόσιος*. Ceterum Petitus Obss. Miscell. I. 17. ex Plutarchi loco probare conatus est hominem istum non misericordia, sed turpissimo lucri studio motum haec Socrati dixisse, quia nimirum moris fuerit, ut undecimvirorum ministri sua pecunia cicutam emerent, et quidem duodecim drachmis.

γὰρ θερμαίνεσθαι μᾶλλον τοὺς διαλεγομένους, δεῖν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον προςφέρειν τῷ φαρμάκῳ· εἰ δὲ μή,
E ἐνίοτε ἀναγκάζεσθαι καὶ δὶς καὶ τρὶς πίνειν τούς τι τοιοῦτον ποιοῦντας. Καὶ ὁ Σωκράτης, Ἔα, ἔφη, χαίρειν αὐτόν· ἀλλὰ μόνον τὸ ἑαυτοῦ παρασκευαζέτω ὡς καὶ δὶς δώσων, ἐὰν δὲ δέῃ, καὶ τρίς. Ἀλλὰ σχεδόν μέν τι ᾔδειν, ἔφη ὁ Κρίτων· ἀλλά μοι πάλαι πράγματα παρέχει. Ἔα αὐτόν, ἔφη.

Ἀλλ' ὑμῖν δὴ τοῖς δικασταῖς βούλομαι ἤδη τὸν λόγον ἀποδοῦναι, ὥς μοι φαίνεται εἰκότως ἀνὴρ τῷ ὄντι ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας τὸν βίον θαῤῥεῖν μέλ-

μᾶλλον τοὺς διαλεγομένους] Articulum e Vat. Ven. *II*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. recepi. Eundem super versu adscriptum habet Bodl. Restituendum vidit Heindorf.

E. *σχεδὸν μέν τι ᾔδειν*] V. *μέντοι*, quod e Coisl. Ven. *A*. Vind. Y. Par. ACEG. Zitt. Flor. a. b. c. i. restitutum. Pertinet enim *τι* ad *σχεδόν*. Pro *ᾔδειν*, quod libri Platonis omnes

θερμαίνεσθαι μᾶλλον] i. e. *μᾶλλον τοῦ δέοντος*, supra modum, nimium, ut Reip. III. p 410. E. Xenoph. Cyrop I. 4, 23. *ἐνταῦθα μέντοι δείσαντες, μὴ καὶ ἐνέδρα τις μείζων ὑπείη, ἐπέσχον*, ad quem locum Schneiderus, „omisit, inquit, Philelphus *μείζων*: recte, puto: nam de insidiis nihil praecessit. Sed potest esse h. l. nimis magna.“ Memor. II. 6, 12, ubi v. Bornemann. Sophist. p. 231. A. *μὴ μεῖζον αὐτοῖς προςάπτων γέρας*, quod recte interpretatur Heindorf.: ne iusto honorificentius iis munus assignemus. Idem vir doctus comparavit cum h. l. Protagor. p. 346. A. *ὥςτε ἔτι μᾶλλον ψέγειν τε αὐτοὺς καὶ ἔχθρας ἑκουσίους πρὸς ταῖς ἀναγκαίαις προςτίθεσθαι*, ubi ad *ἔτι μᾶλλον* intell. quam meruerint.

E. *ἔα — χαίρειν αὐτόν*] h. e. mitte, noli curare hominis praecepta et admonitiones. v. ad Criton. c. IV. Deinde *μόνον* cum imperativo iunctum, ut Lat. modo. Phaedr. p. 264. D *μόνον δήλωσον*. Charmid p. 155. B. *μόνον ἐλθέτω*. Euthydem. p. 285. C. *μόνον ἀποφήνατε*. Xenoph. Cyrop. IV. 2, 7. *μόνον καὶ σὺ θεῶν τε πιστὰ ποίησον καὶ δεξιὰν δός*.

Ἀλλὰ σχεδὸν μέν τι ᾔδ.] In his *τι* ad *σχεδὸν* referas ex illa lege, de qua scripsit Matth. §. 487. 4. Neque quenquam offendet, quod aliud vocabulum inter *σχεδὸν* atque *τι* interiectum est. Lysid. p. 204. E. *οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τι αὐτοῦ ὄνομα λέγουσιν*, ubi cave *τι* cum *ὄνομα* coniungendum putes. Lachet. p. 192. C. *σχεδὸν γάρ τι οἶδα*. Ceterum de *ἀλλὰ* frequenter repetito v. Wyttenbach. ad h. l. et de eodem usu Lat. at Heindorf. ad Horat. Satir. I. 3, 32 sq.

ἀνὴρ τῷ ὄντι ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας] Cap. XI. ὁ

λων ἀποθανεῖσθαι καὶ εὔελπις εἶναι ἐκεῖ μέγιστα οἴ- 64
σεσθαι ἀγαθά, ἐπειδὰν τελευτήσῃ. πῶς ἂν οὖν δὴ τοῦθ᾽ οὕτως ἔχοι, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ἐγὼ πειράσομαι φράσαι.

Cap. IX. *Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. εἰ οὖν τοῦτο ἀληθές, ἄτοπον δήπου ἂν εἴη προθυμεῖσθαι μὲν ἐν παντὶ τῷ βίῳ μηδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο, ἥκοντος δὲ δὴ αὐτοῦ, ἀγανακτεῖν ὃ πάλαι προυθυμοῦντό τε καὶ ἐπετήδευον. Καὶ*

tuentur, Photius Lex. p. 50. *ἤδη* habet, idque recepit Bekker. probaruut etiam Turicc. Sed conf. ad Sympos. p. 199. C.

βούλομαι ἤδη] *ἤδη* e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Flor. d. revocatum vulgo aberat.

P. 64. *πάλαι προυθυμοῦντο*] *προεθυμοῦντο*, crasi neglecta, Bodl. Vat. quod divulgarunt Turicenss.

ὄντως φιλόσοφος c. XI. *ὁ γνησίως φιλόσοφος* vocatur. Deinde *ἐκεῖ* dictum est *δεικτικῶς* pro in altera vita.

Cap. IX. *Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τ. κ. τ. λ.*] Cicero Tuscul. I. 30. tota enim philosophorum vita, ut ait idem (Socrates), commentatio mortis est. Ibid. 31. secernere autem a corpore animum nec quidquam est, quam emori discere. Seneca Epist. XXV. egregia res est mortem condiscere — hoc est ipsum, quare meditari debeamus. Apul. de philos. Plat. p. 277. praeclare ait philosophiam esse mortis affectum consuetudinemque moriendi. Infra c. XII. *τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος.* — *ἀποθνήσκειν* mori: *τεθνάναι* in statu et conditione mortis versari. P. 64. C. *καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ᾽ αὑτὴν εἶναι.* Epicharm. ap. Sext. Empir. adv. Matth. I. 273. *ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει.*

ἀγανακτεῖν ὃ πάλαι πρ.] Non puto pronomen *ὃ* referri recte posse ad *ἥκοντος αὐτοῦ*, ut verborum ordo hic sit: *ἥκοντος δὲ δὴ αὐτοῦ, ὃ πάλαι πρ. καὶ ἐπετήδευον, ἀγανακτεῖν.* Nam ea ratio plura habet, quae molesta videantur. Multo facilius est *ἀγανακτεῖν* cum accusativo constructum putare: quae constructio, ubi pronomina neutrius generis verbo addita sunt, non est inusitata. Demosth. adv. Conon 1261. 25. *ἐγὼ δὲ — χαλεπῶς ἐφ᾽ οἷς πέπονθα, ἐνηνοχὼς οὐχ ἧττον τοῦτ᾽ ἀγανακτήσαιμι ὄν.* Id. advers. Mid. §. 35. al.

ὁ Σιμμίας γελάσας Νὴ τὸν Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες,
B οὐ πάνυ γέ με νῦν δὴ γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι. οἶμαι γὰρ ἂν δὴ τοὺς πολλοὺς αὐτὸ τοῦτο ἀκούσαντας δοκεῖν εὖ πάνυ εἰρῆσθαι εἰς τοὺς φιλοσοφοῦντας καὶ ξυμφάναι ἂν τοὺς μὲν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπους καὶ πάνυ, ὅτι τῷ ὄντι οἱ φιλοσοφοῦντες θανατῶσι καὶ σφᾶς γε οὐ λελήθασιν, ὅτι ἄξιοί εἰσι τοῦτο πάσχειν. Καὶ ἀληθῆ γ' ἂν λέγοιεν, ὦ Σιμμία, πλήν γε τοῦ σφᾶς μὴ λεληθέναι. λέληθε γὰρ αὐτοὺς ᾗ τε θανατῶσι καὶ ᾗ ἄξιοί εἰσι θανάτου καὶ οἵου θανάτου οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι. εἴπωμεν γάρ,

B. *οἶμαι γὰρ ἂν δή*] *δή* e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. additum.

καὶ οἵου θανάτου] Haec verba e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Par. G. Ambr. Vind. 1. 3. 6. 8. Iamblicho addita vulgo desiderabantur.

C. *τοῦτο τὸ τεθνάναι*] *τὸ* accessit e Tubing. Coisl. Ven. *Π*. Par ACGH. Ambr. Flor. d. a. m. et Iamblich.

τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σωμ. ἀπ.] *ἀπὸ* e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G I. Flor. d. restitutum.

τους μὲν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπους] h. e. Thebanos, Boeotios. Perperam Dacierius *ὑμῖν* corrigebat. Olympiodorus p. 17. ed. Finckh. *εἰκότως*, inquit, *Θηβαῖος γὰρ ἦν ὁ Σιμμίας· παρ' οἷς καὶ ἡ Βοιωτία ὗς.* Aliter Schleiermacher., qui ita scribit: „Kebes drückt sich hier in örtlicher Beziehung aus, und denkt offenbar an die Athener, nicht an die Theber. Aber sehr gern ist ihm erlaubt so zu sagen, und man braucht nicht zu ändern *παρ' ὑμῖν*."

καὶ πάνυ] h e. vehementer, gar sehr: nam *καὶ* in hac et similibus formulis, veluti in *καὶ μάλα*, habet vim augendi.

θανατῶσι.] Schol. *θανάτου ἐπιθυμοῦσι.* Conf. de hoc verborum genere Lobeck. ad Phrynich. 80 sqq. — Pro *οὐ λελήθασιν* e vulgari loquendi consuetudine dicendum fuit *οὐ λέληθε*: sed verbum subiecto accommodatum est, ut Xenoph. Oecon. I. 19. *ὅτι πονηρότατοί εἰσι, οὐδὲ σὲ λανθάνουσιν.*

τοῦτο πάσχειν] sc. *ἀποθνήσκειν.*

C. *ἡγούμεθά τι τὸν θ. εἶναι*] Definitionem mortis eandem legimus etiam Gorg. p. 524. B. Eam commemorat etiam Cicero Tuscul. I. 9., quo loco varias veterum philosophorum de mortis natura opiniones recenset. Ante *χωρὶς μὲν ἀπὸ τ. ψ.* ne quis cum viro quodam docto in diario: Wiener Allgem. Litterat. Zeit. a. 1814. n. 87. articulum *τὸ* inserendum putet, solent Graeci pronominis explicandi causa infinitivum addere modo adiuncto modo omisso articulo. Gorg. p. 491. D. *καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἔστι, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων, τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων.* Ibid. p. 501. E. *πρῶτον δὲ σκεψώμεθα τὴν αὐλητι-*

ἔφη, πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, χαίρειν εἰπόντες ἐκείνοις· ἡγούμεθά τι τὸν θάνατον εἶναι; Πάνυ γε, ἔφη ὑπολαβὼν ὁ Σιμμίας. Ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι; ἆρα μὴ ἄλλο τι ὁ θάνατος ἢ τοῦτο; Οὐκ, ἀλλὰ τοῦτο, ἔφη. Σκέψαι δή, ὦ 'γαθέ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ ἅπερ καὶ ἐμοί· ἐκ γὰρ τούτων μᾶλλον οἶμαι ἡμᾶς εἴσεσθαι περὶ ὧν σκοποῦμεν. C D

ἆρα μὴ ἄλλο τι ὁ θάνατος] Quod vulgo post *ἄλλο τι* additum legebatur *ἢ*, id cum Bekkero auctoritate Vind. *Φ*. et Ambr. delevi. In Par. L. post *θάνατος* positum. Defendit nuper voculam Schneiderus ad Remp. X. p. 603. C. sed adeo infirmis usus argumentis, ut ipse de sententiae suae veritate dubitet. In Bodl. Par. G. Flor. d. *ὁ* abest.

ἅπερ καὶ ἐμοί] *καὶ* vulgo neglectum praebuerunt Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d.

κήν. οὐ δοκεῖ σοι τοιαύτη τις εἶναι, ὦ Καλλίκλεις, τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν, ἄλλο δὲ οὐδὲν φροντίζειν; Infra Phaedon. p. 80. B. *σκόπει δή, — εἰ ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων τάδε ἡμῖν ξυμβαίνει· τῷ μὲν θείῳ — — ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν· τῷ δὲ ἀνθρωπίνῳ — ὁμοιότατον αὖ εἶναι τὸ σῶμα*. Hipp. Mai. p. 302. A. *οὐχ εἷς ἡμῶν ἑκάτερός ἐστι καὶ πέπονθε τοῦτο, εἷς εἶναι*; ubi Heindorf *τὸ* inserendum putabat. Attigimus hanc loquendi formam ad Criton. p. 45. E.

ἆρα μὴ ἄλλο τι ὁ θάνατος] Quod vulgo scriptum legebatur, *ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ ὁ θάνατος*, id mutare non dubitavimus, postquam vidimus in duobus libris ab Im. Bekkero inspectis *ἢ* omissum esse. Etenim Heindorfii rationem, qui ante *μὴ* intelligi voluit *δεδοίκατε*, vereor ut quisquam probaturus sit, qui secum reputaverit contineri his verbis nil nisi repetitionem quandam superiorum verborum: *ἆρα μὴ ἄλλο τι, (ἡγούμεθα εἶναι τὸν θάνατον) ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τ. σ. κ. τ. λ.* Accedit, quod *ἆρα μὴ* nunquam ita usurpatum est. Nam quem locum Heindorf. ex Xenophontis Oecon. IV. 4. huc retulit, is alius est generis. Scribit enim ille sic: *ἆρα, ἔφη ὁ Σωκράτης, μὴ αἰσχυνθῶμεν τῶν Περσῶν βασιλέα μιμήσασθαι*; in quibus patet *αἰσχυνθῶμεν* esse coniunctivum deliberativum, neque pendere e suppresso verbo timendi. Qua ratione hic quoque *ἆρα μὴ ἢ* explicandum esse nec C. Fr. Hermanno credimus. Nimirum *μή* interrogans fraudem fecit criticis, qui hic pariter atque De Rep. X. p. 603. C. *μή τι ἄλλο παρὰ ταῦτα* coniunctivum *ἢ* de suo interseruerunt.

ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδ. ἅπερ καὶ ἐμοί] Solet *καὶ* in

φαίνεται σοι φιλοσόφου [ἀνδρὸς εἶναι ἐσπουδακέναι
περὶ τὰς ἡδονὰς καλουμένας τὰς τοιάσδε, οἷον σιτίων
τε καὶ ποτῶν; Ἥκιστά γε, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ
Σιμμίας. Τί δέ; τὰς τῶν ἀφροδισίων; Οὐδαμῶς.
Τί δαί; τὰς ἄλλας τὰς περὶ τὸ σῶμα θεραπείας δο-
κεῖ σοι ἐντίμους ἡγεῖσθαι ὁ τοιοῦτος; οἷον ἱματίων
διαφερόντων κτήσεις καὶ ὑποδημάτων καὶ τοὺς ἄλ-
λους καλλωπισμοὺς τοὺς περὶ τὸ σῶμα πότερον τιμᾶν
E σοι δοκεῖ ἢ ἀτιμάζειν, καθ' ὅσον μὴ πολλὴ ἀνάγκη
μετέχειν αὐτῶν; Ἀτιμάζειν ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὅ γε

D. Τί δαί;] Vulgo bis τί δέ; Cum Bekker. ex Coisl. et Vind. mutavi.

σιτίων τε καὶ ποτῶν] σίτων Bodl. Tub. Vat. Ven. Π. et pr. Par. G. In Bodl. σιτίων superscriptum. Utramque formam in hac oppositione usitatam esse multis exemplis ad h. l. docuit Heindorf.

ἱματίων διαφερόντων] ἱμ. καὶ διαφ. Bodl. Tub.

comparationibus geminari; v. ad Apologiam Socrat. c. VIII. init. p 22. D. et Hartung. de particul. Gr. linguae P. I. p. 125.

D. Τί δέ; τὰς τῶν ἀφροδισίων;] Ante τὰς τῶν ἀφροδισίων ex praegressis iterandum est περί, prorsus ut De Republ. IV. p. 428. C., quem locum comparavit Heindorf.

ἱματίων διαφερόντων κτ.] „Ἱματίων κτήσεις eleganter dictum est pro ἱμάτια· et ἱμάτια διαφέροντα sunt pallia magnifica, candida. Nam pallia philosophorum erant fere sordida et detrita, quae τρίβωνες et τριβώνια dicebantur. Socratis pallium Xenoph. Mem. I. 6, 2. vocat ἱμάτιον φαῦλον, et Apulei. Metamorph. I. p. 104. Elmenh. scissile palliastrum. v. Ferrarius R. V. II. 4, 14. Ὑποδήματα autem Socrates laudat, h. e. calceos, quibus contegitur totus pes (v. Salmasius ad Tertull. Pall. p. 386. ss. et Balduin. de calc. 11.), quia ipse solebat incedere ἀνυπόδητος. v. Sympos. XXXV. et Xenoph. Mem. I. 6, 2.“ FISCHER. „Summus in calceis non mulierum solum, sed et delicatorum hominum luxus fuit. Sic ab Athenaeo (vel potius Satyro) XII. p. 534. C. Alcibiadis notantur calcei. Idemque in alio vituperat Aelianus V. H. IX. 3., ubi vide auctores a Perizonio laudatos, qui etiam L. III. 19. περίεργον Aristotelis philosophi memorat ὑπόδεσιν (Adde Boeckh. De Oeconom. Athen. I. p. 116) Varias calceorum species enumerat Pollux VII. 22. Socrates vero ipse, ut ex Xenoph. Mem. I. 6, 2. et Aristoph. Nubb. v. 103. liquet, ἀνυπόδητος semper erat, quod et aliis vitae severioris hominibus sollemne fuit. Cf. Meursius ad Lycophron. Alexandr. v. 635. Casaubon. ad Theophrast. X. p. 97. Bochart. Hierozoic. P. I. L. II. p. 599. et Kuster. ad Aristoph. Nubb. loc. cit.“ FORSTER.

καλλωπισμοὺς] καλλωπι-

ὡς ἀληθῶς φιλόσοφος. Οὐκοῦν ὅλως δοκεῖ σοι,
ἔφη, ἡ τοῦ τοιούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα
εἶναι, ἀλλὰ καθ' ὅσον δύναται ἀφεστάναι αὐτοῦ,
πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι; Ἔμοιγε. Ἆρ' οὖν
πρῶτον μὲν ἐν τοῖς τοιούτοις δῆλός ἐστιν ὁ φιλόσο-
φος ἀπολύων ὅ τι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ 65
σώματος κοινωνίας διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώ-
πων; Φαίνεται. Καὶ δοκεῖ γέ που, ὦ Σιμμία,
τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιού-
των, μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ'
ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδὲν φροντίζων

P. 65. *τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις*] V. *ἀνθρώπων*, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. *ΛΞ*. Vind. *Φ*. Par. GHIL. Ambr. August. Flor. a. b. c. d. l. Vindobb. septem, Zitt. et ed. Bas. 2. emendatum v. ann. Dein *μηδὲ μετέχειν* Coisl. Ven. *ΛΠ*. Vind. 1. 8. *Φ*. Par. ACEGHJL. Ambros. Flor. a. b. c. i. m. Aug. Zitt. probante Bernhardy Syntax. p. 304., qui *ἡδὺ* supplet.

σμὸς fere in deteriorem partem dicitur de nimio cultu et ornatu corporis.

D. *δῆλός ἐστιν ἀπολύων —*] Liberat enim philosophus animum a rerum terrenarum et corporearum ludibriis eumque traducit ad rerum incorporearum constantiam, non plus ex corporis assumens voluptatibus, quam summa cogit necessitas. Quo fit, ut vel vulgi iudicio philosophia nil aliud esse nisi praeparatio quaedam ac meditatio mortis videatur. De ipsa sententia conf. Cicer. Tusc. I. 30. Quid tum agimus, nisi animum ad se ipsum advocamus, secum esse cogimus, maximeque a corpore abducimus? Secernere autem a corpore animum — nec quidquam aliud est mori discere.

διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων] prae reliquis omnibus, ut Criton. p. 52. B. Rep. III. p. 387. E. al.

P. 65. A. *τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις*] Aliis locis dicitur simpliciter *τοῖς πολλοῖς*. Sed pari modo infra p. 89. B. *ὥς φασιν οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι*. p. 92. C. *ὅθεν καὶ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ ἀνθρώποις*.. al.

μηδὲ μετέχει αὐτῶν] Noto Graecismo pro *καὶ ὃς μὴ μετέχει αὐτῶν*. cf. Matth. §. 428. coll. §. 469. Hermann. ad Viger. p 707. Nominativum *ὃς* intelligendum relinqui eo minus mirum, quod verbum primarium *δοκεῖ* subiectum habet *οὗτος*. Itaque tenenda videtur optimorum librorum, Bodleiani, Vaticani et Tubingensis, scriptura, quam sprevit iniuria Bernhardy Syntax. p. 304 De verbis *οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν* v. ad Criton. p. 53. C. c. XV.

ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι] h e. prope ad mortem accedere. De Republ. VIII. p. 548. D. *οἶμαι μέν — ἐγγύς τι αὐτὸν Γλαύκωνος τουτουὶ τείνειν*. De sententia v. Phileb. p. 21. D., ubi hominem voluptatis expertem dicit *ζῆν οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλ-*

τῶν ἡδονῶν, αἱ διὰ τοῦ σώματός εἰσιν. Πάνυ μὲν
οὖν ἀληθῆ λέγεις.

Cap. X. Τί δὲ δὴ περὶ αὐτὴν τὴν τῆς φρονή-
σεως κτῆσιν; πότερον ἐμπόδιον τὸ σῶμα ἢ οὔ, ἐάν
τις αὐτὸ ἐν τῇ ζητήσει κοινωνὸν συμπαραλαμβάνῃ;
B οἷον τὸ τοιόνδε λέγω· ἆρα ἔχει ἀλήθειάν τινα ὄψις
τε καὶ ἀκοὴ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τά γε τοιαῦτα καὶ
οἱ ποιηταὶ ἡμῖν ἀεὶ θρυλοῦσιν, ὅτι οὔτ' ἀκούομεν
ἀκριβὲς οὐδὲν οὔτε ὁρῶμεν; καίτοι εἰ αὗται τῶν πε-

Cap. X. περὶ αὐτὴν τὴν τῆς φ.] τὴν vulgo omissum, plurimi libri, in iisque Bodl. Tub. Coisl. Ven. ΛΞΠ., suppeditarunt. Pro δὲ δὴ Ven. Π. Vind. Φ. δαὶ δή, ut edidit Bekker.

B. ἀεὶ θρυλοῦσιν] Hunc ordinem Bodl. Vat. Ven. Π. Tub. Par. GL. Flor. d. tueutur. Vett. editt. cum aliis ἀεὶ ante ἡμῖν po-

λά τινος πνεύμονος ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρεΐνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων. Sophoclis ex Antigona v. 1179. apposuit Forsterus: τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

Cap. X. Τί δὲ δὴ περὶ αὐτὴν —] Docet dehinc philosophus nihil veri, quod quidem recte possit ita dici, corporis ope cognosci: imo animum, quum ad puram sinceramque veritatem indagandam se convertat, se ipsum quasi in se colligere, corporis fugere societatem. Quae quidem alia causa est, cur philosophiam dixit esse praeparationem et meditationem mortis. Quaerit hic opportune Olympiodorus p. 22. τί δήποτε φρονήσεως ἐμνημόνευσε καὶ οὐκ ἐπιστήμης, εἴ γε περὶ καθαρτικοῦ φιλοσόφου ἐστὶν ὁ σκόπος, οἰκεία δὲ ἡ μὲν ἐπιστήμη τῷ καθαρτικῷ, ἡ δὲ φρόνησις τῷ πολιτικῷ, εἴ γε περὶ τὰ πρακτὰ καταγίγνεται; Ad quae ipse respondet: ἢ ἐπειδὴ προσεχῶς περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης ἦν ὁ λόγος, αὗται δὲ φρονήσεως δέονται διακρινούσης αὐτὰς καὶ τὸ μέτρον αὐτῶν· πρακτὰ γὰρ καὶ αὗται· ὁ μὲν γὰρ καθαρτικὸς οὐχ αἱρήσεται ὅλως ἡδονὴν καὶ λύπην· τέλος γὰρ αὐτοῦ ἡ ἀπάθεια· ὁ δὲ πολιτικὸς ἐπ' ὀλίγον αἱρήσεται· τέλος γὰρ τούτου ἡ μετριοπάθεια. Nimirum prudenter philosophus nomen φρονήσεως delegit, quo significetur prudentia et sapientia, quatenus in ipso vitae usu et actione cernitur. Audias Ciceron. Offic. I. 43, 153. **Princeps omnium virtutum illa *sapientia*, quam** σοφίαν **Graeci vocant—*prudentiam* enim, quam Graeci** φρόνησιν, **aliam quandam intelligimus, quae est *rerum expetendarum fugiendarumque scientia;*** — illa autem sapientia, **quam principem dixi, rerum est *divinarum atque humanarum scientia*.** Itaque φρόνησις est quasi sapientia practica; sicuti etiam ex Legg. I. p. 631. C sqq. 632. C. V. p. 710. A. III. p. 687. E. XII. p. 963. C. E. 964. B. 965. A. intelliges, quibus locis omnibus rectissime φρόνησις nec vera σοφία com-

ρὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσι μηδὲ σαφεῖς, σχολῇ αἵ γε ἄλλαι· πᾶσαι γάρ που τούτων φαυλότεραί εἰσιν. ἢ σοι οὐ δοκοῦσιν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Πότε οὖν, ἦ δ' ὅς, ἡ ψυχὴ τῆς ἀληθείας ἅπτεται; ὅταν μὲν γὰρ μετὰ τοῦ σώματος ἐπιχειρῇ τι σκοπεῖν, δῆλον, ὅτι τότε ἐξαπατᾶται ὑπ' αὐτοῦ. Ἀληθῆ λέγεις. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν τῷ λογί- C
ζεσθαι, εἴπερ που ἄλλοθι, κατάδηλον αὐτῇ γίγνεταί

nunt. Vind. Φ. ante ὅτι collocat. Itaque slicui voculae fides omnino suspecta poterit videri. Ceterum pro θρυλλοῦσιν e Bodl. et Vat. recepi θρυλοῦσιν, de qua scriptura v. Bekker. Anecdot. p. 263. et infra ad p. 100. B.

σχολῇ αἵ γε ἄλλαι] Sic libri fere omnes. Vett. editt. γε αἱ ἄλλαι.

memoratur, id quod mire fefellit eos, qui nuper Legum fidem et auctoritstem convellere consti sunt. Itaque Plato hoc loco intellexit sapientiam in eo positam, ut quis bonum honéstumque non modo intelligat, sed etiam, repressa vi cupiditatis ac lubidinis, constsnter colat et exerceat, ita ut recti bonique scientia et agnitio etiam vita factisque declaretur.

οἷον τὸ τοιόνδε λέγω] veluti hoc tale dico. Charmid. p. 168. D. λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, οἷον ἡ ἀκοή. Maxim. Tyr. Diss. XII. 2. οἷον τὸ τοιόνδε λέγω. Euthyphron. p. 13. B. omisso articulo: οἷον τοιόνδε legitur.

B. *οἱ ποιηταὶ ἡμῖν ἀεὶ θρ.*] Olympiodorus: ποιητὰς λέγει Παρμενίδην, Ἐμπεδοκλέα, Ἐπίχαρμον. οὗτοι γὰρ οὐδὲν ἀκριβὲς λέγουσιν εἰδέναι τὴν αἴσθησιν, καθάπερ Ἐπίχαρμός φησι· νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα πάντα (leg. τἄλλα) κωφὰ καὶ τυφλά. quae iam Kuster. ad Iamblichi Vit. Pythagor. 32. p. 184. attnlit. De Parmenide, qui veritatis cognitionem soli menti et rationi tribuit, sensibus omne veri iudicium eripuit, v. Sext. Emp. VII. 111. Diog. Laert. IX. 27. ibique Menag. Proclus in Tim. II. p. 105. coll. Brandis Commentatt. Eleatic. p 148 sqq. De Empedocle v. Cicero Academ. II. 5. ibique Davis. De Epicharmo, cui Platonem plurima debere narrant, v. Diog. Laert. III. 12. Peerlkampius Bibl. Crit. Nov. Lugd. Bat. 1828. Vol. IV. p. 151. ex Platonis verbis Epicharmi trochaicum eruit huncce: Οὔτ' ἀκούομεν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔθ' ὁρῶμεν ἀκριβές. Cui subiectam fuisse suspicatur nobilem illam eiusdem poëtae sententiam: Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά, servatam apud Plutarch. De Fortuna c. 3. et De Alexandri Fort. II. 3. Itaque Plato metrum sustulit, sententiam servavit.

C. *κατάδηλόν — τι τῶν ὄντων*] H. e. τῶν ὄντως ὄντων, idearum, quae solae afferunt veritatis scientiam et cognitionem. Sic τὰ ὄντα etism alibi intelligenda.

τι τῶν ὄντων; *Ναί.* Λογίζεται δέ γέ που τότε κάλλιστα, ὅταν μηδὲν τούτων αὐτὴν παραλυπῇ, μήτε ἀκοὴ μήτε ὄψις μήτε ἀλγηδὼν μήτε τις ἡδονή, ἀλλ' ὅ τι μάλιστα αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίγνηται ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα, καὶ καθ' ὅσον δύναται μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ μηδ' ἁπτομένη ὀρέγηται τοῦ ὄντος. *Ἔστι ταῦτα.* Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ φιλοσό-
D φου ψυχὴ μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα καὶ φεύγει ἀπ' αὐτοῦ, ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίγνεσθαι; *Φαίνεται.* Τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε, ὦ Σιμμία; φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν; *Φαμὲν μέντοι νὴ Δία.* Καὶ καλόν γέ τι καὶ ἀγαθόν; *Πῶς δ' οὔ;* Ἤδη οὖν πώποτέ τι τῶν τοιούτων τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες;

C. *που τότε κάλλιστα*] Vind. Φ. Ambr. *κάλλιστα τότε.* Par. G. *τότε καὶ μάλιστα.* Unde quis olim scriptum fuisse suspicetur: *λογίζεται δέ γέ που κάλλιστα τότε καὶ μάλιστα.* Sed in reliquis codd. nullum huius lectionis vestigium.

μήτε τις ἡδονή] Bodl. *μὴ δέ τις*, quod fortasse verum, modo *μηδὲ* scribatur. Solere enim ita *μηδὲ* post *μήτε* inferri, sicubi postremum vocabulum cum vi et pondere accedit, ad Apologiam p. 19. D. ostendimus.

D. *φαμὲν μέντοι νὴ Δία*] Bodl. *μέντοι* pro vulg. *τι.*

ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα] i. e. non utens corporis opera et ministerio. — *ὀρέγεσθαι τοῦ ὄντος* est cognoscere studere rei cuiuspiam naturam. Nam *τὸ ὄν* i. e. quod *τὸ ὄντως ὄν.*

καὶ ἐνταῦθα] etiam tum, quum cogitat et cognoscere studet naturam vimque rerum.

D. *αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίγν.*] h. e. sola et in se quasi collecta. Cf. Max. Tyrius I. p. 8.

Τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε] sc. *λέγεις*, ut Cratyl. p. 425. E. Sophist. p. 266. C. Xenoph. Mem. III. 1, 10. Alia suppeditabit Heindorf. ad Sophist. p. 448.

Φαμὲν μέντοι] Ita *μέντοι* in responsionibus aientibus ponitur saepissime. Infra p. 68. B. *οὐ πολλὴ ἂν αλογία εἴη; Πολλὴ μέντοι νὴ Δία.* Ibid. p. 73. D. *καὶ ἄλλα που μυρία τοιαῦτ' ἂν εἴη. Μυρία μέντοι νὴ Δία.* Ibid. p. 81. D. *εἰκός γε, ὦ Σώκρατες. Εἰκὸς μέντοι, ὦ Κέβης.* Phileb. p. 18. A. *ἀλλὰ τί δή ποτε πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος οὗτος νῦν εἴρηται; Σωκρ. Ὀρθῶς μέντοι τοῦθ' ἡμᾶς — ἠρώτηκε Φίληβος.* Xenoph. Cyrop. I. 4, 19. bis. Aristoph. Equitt. v. 178. al. Plura collegit Heusdius Specim. Crit. p. 16. Lectio vulgata errore librariorum orta videtur. Ceterum *αὐτὸ τὸ δίκαιον, ἀγαθὸν καὶ καλὸν* est idea iusti, boni et pulcri, s. iustum, bonum et pulcrum per se spectatum, quod ex Platonis sententia ab omni corporea labe immune ac

Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει τῶν
διὰ τοῦ σώματος ἐφήψω αὐτῶν; λέγω δὲ περὶ πάν-
των, οἷον μεγέθους πέρι, ὑγιείας, ἰσχύος, καὶ τῶν
ἄλλων ἑνὶ λόγῳ ἁπάντων τῆς οὐσίας, ὃ τυγχάνει
ἕκαστον ὄν· ἆρα διὰ τοῦ σώματος αὐτῶν τἀλη- E
θέστατον θεωρεῖται, ἢ ὧδ' ἔχει· ὃς ἂν μάλιστα
ἡμῶν καὶ ἀκριβέστατα παρασκευάσηται αὐτὸ ἕκαστον
διανοηθῆναι, περὶ οὗ σκοπεῖ, οὗτος ἂν ἐγγύτατα
ἴοι τοῦ γνῶναι ἕκαστον; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν
ἐκεῖνος ἂν τοῦτο ποιήσειε καθαρώτατα, ὅστις ὅ τι
μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τὴν
ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι μήτε τινὰ
ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογι- 66

Coisl. Tub. Vat. Ven. *ΛΞΠ*. Par. CEGHI. Aug. Flor. abcdm. *φαμέν τοι νὴ Δία*. Verum coniectnra assequutus Heindorfius est.

Καὶ καλόν γέ τι] V. *Καὶ σὺ καλὸν καὶ ἀγ.* Istud *οὐ* in Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. a. c. d. i. m. omissum Heindorfius et Bekkerus in *αὖ* commutarunt. Dein *γέ τι*, pro quo Bekker. e Ven. *Π*. *γέ τοι* dedit, e Bodl. Tub. Vat. aliis, restituimus

E. *μήτε τινὰ ἄλλην*] *τινὰ*, haud dubie propter seq. *μηδεμίαν* extrusum, recte tuentur Bodl. Vat. Ven. *Π*. Tub. Vind. *Φ*. Ambr. Flor. i. v. ann. Zitt. habet *οὐδὲ μίαν*.

liberum, nullique mntationi obnoxinm, revera est (*ὄντως ἔστιν*), qunm ea, quae sub sensus cadunt, perpetua fluctuentur agitatione neqne certam efficiant veritatis cognitionem.

καὶ τῶν ἄλλων — τῆς οὐσίας] Verba hoc modo iungenda sunt: *καὶ περὶ τῆς οὐσίας τῶν ἄλλων ἑνὶ λόγῳ ἁπάντων, ὃ τυγχάνει ἕκαστον ὄν.* Formulam *ἑνὶ λόγῳ* ita positam habes Gorg. p. 524. D. Indicat autem *οὐσία* rerum vim ac naturam, quam vnlgo essentiam vocant, ita nt cogitandum sit h. l. de eo, quod alibi nomine *εἴδους* et *ἰδέας* vocatur. Haec autem, *ὃ τυγχάνει ἕκαστον ὄν*, addita sunt nomini *οὐσίας* explicationis causa, iudice etiam Heindorfio. Menon. p. 72. B. *μελίττης περὶ οὐσίας, ὅ τι ποτ' ἔστι.*

E. *ἀκριβέστατα παρασκ.*] h. e. qui maxime ac diligentissime institnerit s. se assuefecerit, comparaverit.

αὐτὸ ἕκαστον] unumquodque per se spectatum, h. e. cnlusque rei naturam et formam s. *ἰδέαν*.

μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος] Tertullianus de Anima c. 18. p 246. T. IV. ed. Semler., qui hunc locum Latinum fecit, haec verba redlidit sic: neque visionem proponens, ut legisse videatur *προστιθέμενος*. Male. Nam vulgatum, quod est sibi apponens, adhibens in societatem, satis tuetur, quod deinde sequitur, verbum *ἐφέλκων*.

μήτε τινα ἄλλην — μή-

σμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὐτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροῖ θηρεύειν τῶν ὄντων, ἀπαλλαγεὶς ὅ τι μάλιστα ὀφθαλμῶν τε καὶ ὤτων καί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ξύμπαντος τοῦ σώματος, ὡς ταράττοντος καὶ οὐκ ἐῶντος τὴν ψυχὴν κτήσασθαι ἀλήθειάν τε καὶ φρόνησιν, ὅταν κοινωνῇ; ἆρ' οὐχ οὗτός ἐστιν, ὦ Σιμμία,

P. 66. *αὐτὸ εἰλικρινὲς*] *εἱλικρινὲς* cum spiritu aspero Bodl. Flor. i. Dein vett. editt. *ἐπιχειρεῖ*. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Tub. Aug. Vind. *Υ*. Par. A C G H. Ambr. Flor. a. b. c. d. i. Zitt. *ἐπιχειροῖ*. Coisl. *ἐπιχειροίη* quod e Bodl. superscriptum; idque suscepit Bekker. Sed utraque forma quum Platoni videatur placuisse, singulis locis codicum testimonia audienda sunt. v. Schneider. ad Remp. IV. p. 428. D.

θεμίαν] Advertas hoc *οὐδεὶς* post *τις* illatum. Infra p. 74. A. ex optimis dedimus: *οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν*. ubi *τι* vulgo aberat. Gorg. p. 463. A. *τινός ἐστι μόριον οὐδενός*. Eurip. Alcest. v. 79. *ἀλλ' οὐδὲ φίλων τις πέλας οὐδείς*, quem locum a Monkio aliisque sollicitatum recte defendit Hermannus. conf. Schaefer. Indic. ad Gregor. Corinth. v. *τις*.

P. 66. *ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρ*.] Quod omitti poterat *εἰλικρινεῖ*, eo explicatur pronomen *αὐτῇ*. Pari ratione dicitur *αὐτὸς μόνος*, de quo v. Toup. ad Longin. p. 526. ed. Weisk. Heindorf. ad Charm. p. 62. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 308. Dicitur autem *εἰλικρινές*, quidquid nihil dispar sui et dissimile admixtum habet, sincerum, purum. Valckenar. in Schol. ad N. F. ed. Wassenbergh. T. II. p. 181. „In glosariis redditur integrum, sincerum. Abstrusior aliquanto compositionis ratio. Videtur tamen vox formata ab *εἶλος* et *κρίνω*. Hoc notat secernere. *εἶλος* et *ἴλος* et *ἴλη* globus est, ab *εἴλειν* et *ἴλειν*, volvere. Ex hac origine *εἰλικρινὲς* proprie significat volvendo s. volubili agitatione secretum, atque adeo cribro purgatum.“ Partem veri vidit Guyetus ad Hesychium, qui *εἰλικρινὲς* interpretatur verbis *καθαρόν, ἄδολον, ἀληθές, φανερόν*. De constructione conf. De Republ. V. p. 459. E. *συχνῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ ἀπάτῃ ἡμῖν δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας*. Ibid. p. 344. D. *καταντλήσας — πολὺν τὸν λόγον*. Ibid. p. 562. D. *πολλὴν παρέχουσι τὴν ἐλευθερίαν*. Ibid. X. p. 574. D. Epistol. VII. p. 332. B. *πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς*. Demosthen. in Midiam p. 16. ed. Spald. *ὅτι καὶ τούτῳ πολλῷ χρήσεται λόγῳ*. Antocid. p. 33. 14. *πολλῇ τῇ νίκῃ χρῆται*. — *ἐπιχ. θηρεύειν*. Platonem eiusque imitatores saepenumero usos esse vocabulis venatoriis de vero investigando docuerunt Davisius ad Ciceron. de N. D. I. 30. Wyttenbach. in Epistol. Crit. p. 259. ed. Lips. Heusdius in Specim. Crit. p. 88. Astius

εἴπερ τις καὶ ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ ὄντος; Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὡς ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

Cap. XI. *Οὐκοῦν ἀνάγκη, ἔφη, ἐκ πάντων τούτων παρίστασθαι δόξαν τοιάνδε τινὰ τοῖς γνησίως φιλοσόφοις, ὥςτε καὶ πρὸς ἀλλήλους τοιαῦτ' ἄττα λέγειν, ὅτι Κινδυνεύει τοι ὥςπερ ἀτραπός τις ἐκφέ-* B

εἴπερ τις καὶ ἄλλος] *καὶ* e Bodl. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* et *Y.* Par. G. Ambr. additum.

Cap. XI. B. *ἀτραπός τις ἐκφέρειν*] *τις* add. Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind *Φ.* Ambr. Flor. d. Sic *ὥςπερ* sequente *τις* saepe positum, veluti De Rep. II. p. 427. *δοκεῖ μοι εἶναι (ἡ πόλις) ὥςπερ ὑγιής τις.* Dein *ἡμᾶς ἐκφέρειν*, ordine variato, Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. et alii nonnulli. Quod dederunt Bekker. et Turicenss.

ad Polit. p. 492. et ad Legg. p. 97.

ὡς. ἔπος εἰπεῖν] propemodum dixerim, prope, quod inservit leniendis et restringendis verbis sequentibus *ξύμπαντος τοῦ σώματος.* v. ad Symp. p. 179. A. Remp. I. p. 341. B. Gorg. p. 450. B. Mox *εἴπερ τις καὶ ἄλλος* dicitur, ut supra c. II. *εἴπερ τις πώποτε καὶ ἄλλος*, et saepissime alibi, veluti Xenoph. Symp. II. 6. Mem. III. 6, 2. Anab. I. 3, 15. II. 4, 6. Cyrop. III. 3, 42. V. 1, 6. Aeschyl. Agam. v. 907. vid. Heindorf. ad h. l. et Valckenar. ad Phoeniss. v. 1589. 1590., ut certum sit istud *καὶ* recte ex codd. optimis additum esse.

ὑπερφυῶς — ὡς ἀληθῆ λ.] Infra p. 96. C. *θαυμαστῶς ὡς.*

Cap. XI. B. *ὅτι Κινδυνεύει τοι*] Nihil difficultatis hic locus habet, dummodo recte intellectus fuerit. Ante omnia igitur tenendum loquentes introduci philosophos ipsos, ita ut *ὅτι* positum sit abundanter, quod pervulgatum est. v. Matth. §. 624. c. Deinde inde a *Κινδυνεύει τοι* sequitur ipsa philosophorum sententia recta oratione enuntiata. Ea vero si quid iudicare possumus, haec est: Videtur sane tamquam semita quaedam nobis relicta esse, cuius ope in quaerenda rerum veritate ex istis sensuum perturbationibus ac ludibriis liberi et incolumes evadamus et ad veritatis cognitionem perveniamus. Iam vero *ἄτραπος*, semita, nihil aliud intelligitur, opinor, quam *λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος*, ut infra p. 67. dicitur, h. e. solutio et seiunctio animi a corpore, qua fit, ut animus a corporis contagione liber atque purus vitam suam atque propriam degere queat atque veritatem puram ac sinceram assequi. Nam eiusmodi seiunctio animi Socrati Platonico videtur quasi *κάθαρσις* quaedam esse, sicut e p. 66. E. et 67. A. intelligitur. Recte igitur Olympiodorus: *φησίν, ὅτι ταύτην τὴν ἀτραπὸν λεκτέον, οὐ τὴν λεωφόρον· τοῦτ' ἔστι, καθαρτικῶς ζητέον. ἄτραπος γὰρ ἡ ὁδός, τοῦτ' ἔστιν ἡ κά-*

ρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει, ὅτι, ἕως
ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυ-
χὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μή ποτε κτησώμε-
θα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν· φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι
τὸ ἀληθές. μυρίας μὲν γὰρ ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει
C τὸ σῶμα διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφήν· ἔτι δέ, ἄν τι-
νες νόσοι προσπέσωσιν, ἐμποδίζουσιν ἡμῶν τὴν τοῦ
ὄντος θήραν· ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων

οὐ μή ποτε κτησώμεθα] Bekker. e solo Vind. Φ. et Ambr. *κτησόμεθα* dedit, praeceptum Dawesi secutus, quod tamen fide indignum esse hodie nemo dubitabit. v. Hermann. ad Eurip. Med. 300. et nos ad Phil. p. 21. ac Reip. VI. p. 492. E.

θαρσις ἡ ἐπὶ θεωρίαν ἄγουσα. οὐ τὴν λεωφόρον δὲ δεῖ ἰέναι, τοῦτ' ἔστι τὴν τῶν πολλῶν. καὶ Πυθαγόρειον γὰρ ἦν παράγγελμα φεύγειν τὰς λεωφόρους. Nam ut Plato non cogitaverit de praecepto isto Pythagorico, de quo v. Rittershusius ad Porphyrium De Vit. Pythagor. §. 42. et Gyraldus De symbol. Pythagor. p. 103. in edit. Hierocl. Lond. 1673. laudatus ille a Wyttenbachio ad h. l., tamen dubium non est, quin *ἀτραπὸς* intelligenda sit solutio animi a corpore, qualis perfecta mortalibus morte demum obtingit. Quae quidem semita ideo vocatur, quia ea tamquam angusta quaedam via philosophis relicta est, quam in hac vita tenentes ac persequentes ad aliquam veritatis scientiam et cognitionem perveniant. Etenim *ἐκφέρειν*, educere, nunc significat: ex difficultatibus educere, quae sensuum perturbationibus ac ludibriis oriuntur, ita ut ad certum aliquem finem perveniatur. Nam proprie est: e loco septo vel impedito in apertum educere; v. Soph. Aiac. v. 7. Oedip. Col. v. 1424. quos locos attulit etiam Heindorf., et Plat. Cratyl. p. 386. A. Iam vero semita illa hoc facere dicitur *ἐν τῇ σκέψει*, h. e. in quaerenda veritate. Nam de hoc cogitandum esse ex universae disputationis ratione apparet. Plenius De Rep. I. p. 336. E. dicitur *ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει*. Fieri autem illud posse iudicatur *μετὰ τοῦ λόγου*, h. e. auxiliante s. ducente ratione, quod nunc non putamus cum *ἐν τῇ σκέψει* connectendum esse, ut intelligatur veri investigatio mente et ratione duce instituta, sed cohaerere potius arbitramur cum *ἀτραπός τις ἐκφέρειν*. De *μετά* ita usurpato v. Demosth. Lept. §. 109. *μετὰ τῶν νόμων τὰ δίκαια λαμβάνοντες*, quod Wolfius vere interpretatur ducentibus legibus, coll. infr. p. 92. D. et ann. ad Reip. IX. p. 157. B. Matthiae Gr. §. 583. 3. Itaque haec quidem omnia satis iam expedita esse putamus. Nec vero multum ambigendum de verbis consequentibus: *ὅτι ἕως ἂν τὸ σῶμα κ. τ. λ.* Quamquam istud *ὅτι* viros doctos mire vexavit, ut nuper adeo Schmidius Progr. Wittenberg. n. 1846. Duorum locorum Phaedon. explicat. p. 10. scribendum putave-

καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς πολλῆς, ὥςτε, τὸ λεγόμενον, ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι ὑπ' αὐτοῦ οὐδὲ φρονῆσαι ἡμῖν ἐγγίγνεται οὐδέποτε οὐδέν. καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι ἡμῖν γίγνονται, τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα, δουλεύοντες τῷ D

C. *ἐρώτων δὲ καὶ ἐπ.*] V. *τε*, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π*. Vind. Par. G. Ambr. correctum.

ἡμῖν γίγνονται] *ἥμιν* e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Psr. G. Ambros. restitutum.

rit: *μετὰ τούτου τοῦ λόγου*, quo scilicet vocula haberet, unde suspensa posset putari. At enimvero nos quidem si quid indicare possumus, *ὅτι* declarativum est, indicatque rationem, qua fiat, ut ita a philosophis existimetur ac statuatur, sive illud quod, sive quatenus, sive simili aliquo modo interpretemur. Quod ubi sumserimus, ne opus quidem erit, ut ad synesin confugiamus, qualem nuper statuit C. Fr. Hermannus in libro: Abhandlungen u. Beiträge zur klass. Litteratur p. 71. Neque assentiendum Stephano est, qui locum sic interpretatur: *Videtur nos via quasi quaedam in hac quaestione adducere eo, ut statuamus, numquam fore, ut, quamdiu animus etc.* De *ὅτι* posito *διηγηματικῶς* v. Devarius De Particulis Vol. I. p. 158 sqq. ed. Klotz. Verum satis haec de loco subdifficili quidem, nec tamen adeo impedito et obscuro, ut non potuerit interpretationis luce omni ex parte collustrari. Nam quod *τοι* post *Κινδυνεύει* interpositum est, id quo sensu accipiendum sit, nemo dubitaverit, v. supra ad p. 63. A. et Gorg. p. 499. B. 458. B. al.

C. *καὶ φλυαρίας ἐμπ.*] H. e. *denique omnino nugis et rebus futilibus*, de qua ratione dicendi v. ad Gorg. p. 490. E. Men p. 81. C. Praeterea audias Olympiodorum: *φλυαρίαν καλεῖ ὁ Πλάτων πᾶν τὸ περιττόν, οὐ μόνον ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἔργοις.* conf. Sympos. p. 211. E.

τὸ λεγόμενον] ut dictitari solet. Videntur verba *ὑπό τινος οὐδὲ φρονῆσαι δύνασθαι* proverbii usum habuisse, cuius tamen rei exempla non in promtu habemus. Optime autem observavit Wyttenbachius, quod vulgo nondum satis cognitum est, solere *ὡς ἀληθῶς* et item *τῷ ὄντι* citatis locis atque sententiis addi. Lachet. p. 196. D. *κατὰ τὴν παροιμίαν ἄρα τῷ ὄντι οὐκ ἂν πᾶσα ὗς γνοίη οὐδ' ἂν ἀνδρεία γένοιτο.* Xenoph. Sympos. IV. 8. *ἄγαν μὲν γὰρ δὴ ὄντως ἔοικεν εἶναι τὸ κρόμμυον*, ubi vulgo *οὕτως* scribitur. Hoc loco *ὡς ἀληθῶς* et *τῷ ὄντι* positum *ἐκ παραλλήλου*, ut infra p. 69. B. *τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι ἢ νάθυρσίς τις*. Lachet. p. 183. D. Cum proximis conf. Timaeus p. 42. et 86. Cicero De Fin. I. 13.

τούτου θεραπείᾳ· καὶ ἐκ τούτου ἀσχολίαν ἄγομεν
φιλοσοφίας πέρι διὰ πάντα ταῦτα. τὸ δ' ἔσχατον
πάντων, ὅτι, ἐάν τις ἡμῖν καὶ σχολὴ γένηται ἀπ'
αὐτοῦ καὶ τραπώμεθα πρὸς τὸ σκοπεῖν τι, ἐν ταῖς
ζητήσεσιν αὖ πανταχοῦ παραπῖπτον θόρυβον παρέ-
χει καὶ ταραχὴν καὶ ἐκπλήττει, ὥςτε μὴ δύνασθαι
ὑπ' αὐτοῦ καθορᾶν τἀληθές, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν
δέδεικται, ὅτι, εἰ μέλλομέν ποτε καθαρῶς τι εἴσεσθαι,
E ἀπαλλακτέον αὐτοῦ καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ
τὰ πράγματα· καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται οὗ
ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι, φρονήσεως,
ἐπειδὰν τελευτήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι
δὲ οὔ. εἰ γὰρ μὴ οἷόν τε μετὰ τοῦ σώματος μηδὲν
καθαρῶς γνῶναι, δυοῖν θάτερον, ἢ οὐδαμοῦ ἔστι
κτήσασθαι τὸ εἰδέναι, ἢ τελευτήσασι· τότε γὰρ αὐτὴ
67 καθ' αὑτὴν ἔσται ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, πρό-

D. *διὰ πάντα ταῦτα*] Sic rodd. plurimi et optimi. Vett. editt. δ. *ταῦτα πάντα.*

D. *ἀσχολίαν ἄγομεν φ. π.*] h. e. impedimur, ne ponere studium in philosophia possimus, interprete Fischero. — Idem bene observavit *παραπίπτειν* dici ea, quae interveniunt casu et fortuito, atque adeo tempore alieno. Ceterum de labe qua animus per corporis communionem affectus est, contulisse iuvabit praeclarum locum Reip. X. p. 611. B. C. D.

ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται] h. e. exploratum est. Morus Indic. ad Isocratis Panegyr. s. v. „*δέδεικται*, inquit, exemplis et usu demonstratum est, constat.“ Recte vid. Heindorf. et Wyttenbach. ad h. l. Itaque non opus est cum Heusdio corrigere *δέδοκται*.

E. *οὗ ἐπιθυμοῦμεν, — φρονήσεως*] Appositio relativo, non principi nomini, accommodata, de qua constructione v. Apolog. Socrat. p. 41. A. Menon. p. 94. D. et Symp. p. 205. E. ibique ann.

τότε γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ψ. κ. τ. λ.] Tum enim demum secum ipse vivet animus, secretus a corpore, nec unquam antea; atque dum vivemns, ita demum quam proxime ad veram scientiam accedemus, si, quam maxime fieri possit, nos a corporis consuetudine et communione, uisi ubi summa eius necessitas inciderit, abstrahamns, caveamusque, ne vitiosa corporis natura inquinemur, sed potius nos ab ea puros illibatosqne servemus, donec nos deus ipse exsolverit. De verbo *ἀναπιμ-*

τερον δ' οὔ. καὶ ἐν ᾧ ἂν ζῶμεν, οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, ἐὰν ὅ τι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι, μηδὲ κοινωνῶμεν, ὅ τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τούτου φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. καὶ οὕτω μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης, ὡς τὸ εἰκός, μετὰ τοιούτων τε ἐσόμεθα καὶ γνωσόμεθα δι' ἡμῶν αὐτῶν πᾶν τὸ εἰλικρινές· τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τἀληθές. μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Τοιαῦτα οἶμαι, ὦ Σιμμία, ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἀλλήλους λέγειν τε καὶ δοξάζειν πάντας τοὺς ὀρθῶς φιλομαθεῖς. ἢ οὐ δοκεῖ σοι οὕτως; B

Παντός γε μᾶλλον, ὦ Σώκρατες.

Cap. XII. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ, ὦ ἑταῖρε, πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ οἷ ἐγὼ

P. 67. B. *λέγειν τε καὶ δοξάζειν*] τε e Vat. Tub. Ven. Π. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d. restitutum.

Παντός γε μᾶλλον] Steph. errore πάντως.

πλάναι pollnendi, inquinandi significatione posito v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 30.

P. 67. *μετὰ τοιούτων*] Intell. καθαρῶν. — Verba τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τὸ ἀληθές Schützius immerito in glossematis suspicionem vocavit, offensus maxime isto ἴσως. Verum enim vero solere hanc vocem a scriptoribus Atticis urbauitatis et modestiae causa etiam in re certa et explorata usurpari docuerunt Locella ad Xenoph. Ephes. p 188. Schaefer. ad Longum p. 357. Astius ad Legg. p. 78. alii. v. Aristoph. Avv. v. 1496. ubi forsan absonum. Thesmoph. v. 726. Demosthen. Phil. II. p. 66. ed. Reisk. ἴσως εἰκός.

B. *μὴ καθαρῷ γὰρ —*] Plutarch. de Iside et Osiride p. 352. D. καθαροῦ γάρ, ἦ φησιν ὁ Πλάτων, οὐ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ. Synesius Dione p. 50. A. τῷ μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Πλάτωνος ἀπεδεξάμεθα. Hierocles Comment. in Aur. Carm. p. 6 μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Plura Wyttenbachius. Sed vel ex his putamus patere, quid statuendum sit de lectione quorundam librorum, μὴ καθαρὸν γάρ. Conf. etiam Apolog Socrat. p. 30. C.

Cap. XII. *πολλὴ ἐλπὶς ἀφ. — κτήσασθαι*] Ne quis futurum tempus, κτήσεσθαι, reponendum putet, saepenumero post verba sperandi, putandi, dicendi, simplex aoristus infertur, ubi res ipsa, per se spectata, significatur, exclusa

πορεύομαι, ἐκεῖ ἱκανῶς, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσα-
σθαι τοῦτο, οὗ ἕνεκα ἡ πολλὴ πραγματεία ἡμῖν ἐν
τῷ παρελθόντι βίῳ γέγονεν, ὥςτε ἥ γε ἀποδημία ἡ
C νῦν ἐμοὶ προςτεταγμένη μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος γίγνε-
ται καὶ ἄλλῳ ἀνδρί, ὃς ἡγεῖταί οἱ παρεσκευάσθαι τὴν
διάνοιαν ὥςπερ κεκαθαρμένην. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη
ὁ Σιμμίας. Κάθαρσις δὲ εἶναι ἄρα οὐ τοῦτο ξυμ-
βαίνει, ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται, τὸ χωρίζειν
ὅ τι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν καὶ ἐθί-
σαι αὐτὴν καθ' αὑτὴν πανταχόθεν ἐκ τοῦ σώμα-

Cap. XII. ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ] V. παρόντι, quod e Bodl. Tubing. Aug. Coisl. Vat. Ven. ΛΞΠ. septem Vindobb. Par. CGIL. Ambr. Flor. emendatum.

C. ἡ νῦν ἐμοὶ προςτ.] μοι Bodl. Tub. et pr. Ven. Π.

παρεσκευάσθαι τ. δ.] παρασκευάσασθαι Vat. Ven. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d. male.

D. ὥςπερ ἐκ δεσμῶν] Hoc ἐκ om. Bodl. Tub. Vat. Vind.

perpetuitatis, eventus, aliarum rationum notione. Itaque futuri temporis significatio non inest in infinitivo pendente, sed in verbo, unde constructio suspensa est. Quae quum ita sint, π. ἐλπὶς — κτήσεσθαι significat: speramus fore, ut olim assequamur, quo indicatur rem futuro tempore esse duraturam et mansuram; illud vero, ἐλπὶς ἀφ. — κτήσασθαι est: speramus assequi, s. speramus adeptionem illius rei, ita ut assequendi et adipiscendi notio per se sola tenenda sit, segregata futurae perpetuitatis et durationis cogitatione. Unde fit, ut aoristus saepe rei cito incidentis vel transeuntis significationem habere videatur. Similiter olim statuit etiam Hermann. ad Sophocl. Aiac. v. 1061 Mox: ἐλπίς ἐστιν οὗ διὰ βίου ἥρων τυχεῖν. Isocrat. Panegyr. 39. ἐλπίς ἐστιν ἕτερον ἀποστῆναι. Panathen. 39. τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἤλπισαν κατασχεῖν. Xenoph. Cyrop. I. 5, 9. ἐλπίζοντες τῷ λέγειν εὖ πείθοντες πολλοὺς ἀνθρώπους πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ διαπράξασθαι. ubi non debebat διαπράξεσθαι scribi. Lysias p. 206. ed. Brem. Plat. Reip. II. p. 369. A. Sed affatim exemplorum collegerunt Heindorf. ad h. l. et ad Protagor. §. 19. Schaeferus ad Theocrit. XXVII. 60. ad Demosth. T. I. p 13. v. 16. edit. Reisk. et Lobeckius ad Phrynich. p. 749 sqq. Matth. Gr. §. 501.

C καὶ ἄλλῳ ἀνδρί] Opponuntur haec verba pronomini ἐμοὶ in iis, quae proxime praecedunt: ἡ νῦν ἐμοὶ προςτεταγμένη Professus autem est supra Socrates se sperare εἶναί τι τοῖς τετελευτηκόσι καὶ — πολὺ ἄμεινον τοῖς ἀγαθοῖς ἢ τοῖς κακοῖς.

οἱ παρεσκευάσθαι τὴν διάνοιαν ὥςπερ κεκαθ.] sibi mentem comparatam esse quasi purgatam, vel ut Wyttenbach interpretatur:

τος συναγείρεσθαί τε καὶ ἀθροίζεσθαι, καὶ οἰκεῖν κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν τῷ νῦν παρόντι καὶ ἐν τῷ ἔπειτα μόνην καθ' αὑτήν, ἐκλυομένην ὥςπερ ἐκ δε- D
σμῶν ἐκ τοῦ σώματος; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν τοῦτό γε θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος; Παντάπασί γ', ἦ δ' ὅς. Λύειν δέ γε αὐτήν, ὥς φαμεν, προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιστα καὶ μόνοι οἱ φιλοσοφοῦντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. ἢ οὔ; Φαίνεται.

Φ. Flor. d. In Ven. a. alterum ἐκ erasum.

χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. ἢ οὔ;] Hic Bodl. Ven. Π. τῆς ψυχῆς, addito articulo. Pro vulg. ἀπὸ τοῦ σώματος scripsimus ἀπὸ σώματος e Bodl. Tub. Aug. Vat. Coisl. Ven. Δ. Vind. Φ. Par. ACEGH. Ambr. Flor. a. d. i. m. In Ven. Π. est τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. Verisimile est utrumque articulum a grammatico additum esse. v. ad p. 83. C.

qui putat sibi mentem praeparatam esse quippe purgatam. Nimirum παρεσκευάσθαι proprie est alicui comparatum, acquisitum esse, h. e. alicui esse.

κάθαρσις δὲ εἶναι — ξυμβαίνει] Solet subiectum verbo συμβαίνει praemissum plerumque collocari in casu absoluto. Phileb. p. 55. A. πολλή τις — ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι, ἐάν τις τὴν ἡδονὴν ὡς ἀγαθὸν ἡμῖν τιθῆται, ubi Stephanus corrigi volebat πολλήν τινα — ἀλογίαν. Parmenid. p. 134. A. ἑκάστη τῶν παρ' ἡμῖν ὄντων ἑκάστου ἂν ἐπιστήμη συμβαίνοι εἶναι. De Republ. IV. p. 438. E. ἐπιστήμη — συνέβη καὶ αὐτὴ γενέσθαι. Sed idem illud verbo postpositum fere in casu accusativo collocatur. Phaedon. p. 74. A. ἆρ' οὖν συμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμοίων, εἶναι δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων; Protagor. p. 333. C. συμβαίνει μέντοι ἴσως καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι. Enimvero subiecto praemisso facilior est attractio. Nec tamen nominativus repudiandus est infra p. 80. B. τάδε συμβαίνει — ὁμοιότατον εἶναι ψυχή. ubi vulgo erat ψυχήν.

D. ὥςπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος] Solent Graeci in comparationibus, quando id, quocum aliquid comparatur, primum locum tenet, rei comparatae non praemittere praepositionem, sed eam ita reticere, ut ex antecedentibus intelligenda sit. De qua re vide ad Euthyphronem p. 9. sq. ed. I. Lips. Sed hoc loco perspicuitatis caussa repetita est praepositio, ut infra p. 82. E. ἀναγκαζομένη ὥςπερ δι' εἱργμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα. Ibid. p. 110. E. ubi v. ann. Ibid. p. 115. B. ὥςπερ κατ' ἴχνη κατὰ τὰ νῦν εἰρημένα. Phaedr. p. 250. D. ὥςπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθε. De Republ. p. 553. A. πταίσαντα ὥςπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει.

Οὐκοῦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγον, γελοῖον ἂν εἴη ἄνδρα
παρασκευάζονθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅ τι ἐγγυτάτω ὄντα
E τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν, κἄπειθ', ἥκοντος αὐτῷ τού-
του, ἀγανακτεῖν; οὐ γελοῖον; Πῶς δ' οὔ; Τῷ ὄντι
ἄρα, ἔφη, ὦ Σιμμία, οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀπο-
θνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστ' αὐτοῖς
ἀνθρώπων φοβερόν. ἐκ τῶνδε δὲ σκόπει. εἰ γὰρ
διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ'
αὑτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, τούτου δὲ γι-
γνομένου εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν, οὐ πολλὴ
ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν, οἷ ἀφι-
68 κομένοις ἐλπίς ἐστιν οὗ διὰ βίου ἤρων τυχεῖν· ἤρων

E. *εἰ φοβοῖντο*] Hic *εἰ* insertum e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d.

P. 68. *ᾧ τε διεβέβληντο*] Coisl. Par. CE. Flor. b. d. i. m. *διαβέβληντο*. conf. p. 73. E. et 76. A. ann. crit. Mox e Ven. *Σ*. *Π*. Tub. dedi *ὄψεσθαί τε ἐκεῖ*. Vulg. *τι ἐκεῖ*, quod retinuit etiam Bekker., ferri non potest.

ὅ τι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν] h. e. qui se ita componit et hoc studet, ut vitam agat morti quam proximam. De *οὕτω* post participium illato v. ad p. 61. C.

τούτου] refer ad *τὸ τεθνάναι*.

E. *ἀγανακτεῖν; οὐ γελοῖον*] Non puto necessarium esse, quod coniecit Heusdius Specim. Crit. p. 17. *ἢ οὐ γελοῖον;* Perperam autem in editt. antiquioribus distinctio post *ἀγανακτεῖν* deerat. Nisi forte *οὐ γελοῖον* per anacoluthon grata quadam orationis negligentia repetitum est variata etiam constructione.

εἰ γὰρ διαβέβληνται] h. e. si infensi sunt corpori; si oderunt omnino corpus, ut mox *ᾧ διεβέβληντο*. Nam *διαβάλλεσθαί τινι* vel *πρός τι* est alicui reddi inimicum, et *διαβάλλειν τινά τινι* vel *πρός τινα* aliquem alicui inimicum reddere. v. Thom. Mag. p. 209. Wesseling. ad Herodot. VI. 64. ad Diodor. I. 93. et doctissimam annotationem Wyttenbachii ad Plutarchi Moralia p. 299 = 226. T. I. ed. Lips.

εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν] Hanc protasin denuo repetunt haec, *εἰ μὴ ἄσμενοι κ. τ. λ.*, de qua loquendi forma v. infra p. 80. E. 81. A. et ad Apolog. Socrat. p. 20. C. Aristoph. Ecclesiaz. *ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις, εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσῴζετο, εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο.* Cicero de N. D. I. 10. si dii possunt esse sine sensu et mente, cur aquae adiunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore? ubi vid. Heindorf. In proximis post *ἐλπίς ἐστιν* primo aoristus *τυχεῖν* infertur, deinde *ἀπηλλάχθαι*, h. e. esse liberum: id quod fieri recte potuit, quandoquidem post ver-

δὲ φρονήσεως· ᾧ τε διεβέβληντο, τούτου ἀπηλλάχθαι
ξυνόντος αὐτοῖς; ἢ ἀνθρωπίνων μὲν παιδικῶν καὶ
γυναικῶν καὶ υἱέων ἀποθανόντων πολλοὶ δὴ ἑκόντες
ἠθέλησαν εἰς Ἅιδου ἐλθεῖν, ὑπὸ ταύτης ἀγόμενοι
τῆς ἐλπίδος, τῆς τοῦ ὄψεσθαί τε ἐκεῖ ὧν ἐπεθύμουν
καὶ ξυνέσεσθαι· φρονήσεως δὲ ἄρα τις τῷ ὄντι
ἐρῶν, καὶ λαβὼν σφόδρα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα,
μηδαμοῦ ἄλλοθι ἐντεύξεσθαι αὐτῇ ἀξίως λόγου ἢ ἐν
Ἅιδου, ἀγανακτήσει τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἄσμενος B
εἶσιν αὐτόσε; οἴεσθαί γε χρή, ἐὰν τῷ ὄντι γ' ᾖ, ὦ
ἑταῖρε, φιλόσοφος· σφόδρα γὰρ αὐτῷ ταῦτα δόξει,
μηδαμοῦ ἄλλοθι καθαρῶς ἐντεύξεσθαι φρονήσει, ἀλλ'

B. *τῷ ὄντι γ' ᾖ*] *γ'* e Bodl. Ven. *Π*. Tub. additum. Mox *ταῦτα δόξειν* Coisl. Ven. *ΔΞ*. Par. EHiL. Aug. Zitt. Flor. b. c. i. et Bass. cum Ald.

μηδαμοῦ ἄλλοθι κ. ἐντ.] Bodl. in marg. *γρα. ἄλλοθι δυνατὸν εἶναι καθαρῶς.*

ba putandi et sperandi etiam simplex infinitivus temporis praesentis ponitur. Sophist. p. 250. E. *νῦν ἐλπὶς ἤδη, καθάπερ ἂν αὐτῶν θάτερον εἴτε ἀμυδρότερον εἴτε σαφέστερον ἀναφαίνηται, καὶ θάτερον οὕτως ἀναφαίνεσθαι*, ubi Heindorf. invitis libris omnibus *ἀναφανεῖσθαι* correxit. Legg. i. p. 647. A. *ἡγούμεθα δοξάζεσθαι.* Isocrat. ad Callim. cap. 15. *οἶμαι δὲ αὐτὸν ὀδύρεσθαι καὶ λέγειν.* Aeschyl. Agam. v. 1658. *ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν.* Nimirum aoristus rei per se spectatae vel cito transeunti, praesens duranti adhibetur.

P. 68. *ἢ ἀνθρωπίνων μὲν παιδικῶν* —] Commemorantur *ἀνθρώπινα παιδικὰ* ita, ut deinde iis opponantur *ἡ φρόνησις καὶ ἡ φιλοσοφία*, quasi *θεῖα παιδικά*. Nam *παιδικὰ* interdum dici de rebus caris et amatis cuiuscunque generis, adeoque de philosophia, docuit Markland. ad Maxim. Tyr Diss. XXXV. 1. Optime Heindorf. comparat. Gorg. p. 482. A. *ἀλλὰ τὴν φιλοσοφίαν, τὰ ἐμὰ παιδικά, παῦσον ταῦτα λέγουσαν.*

φρονήσεως δὲ ἄρα τις —] De vocibus *δὲ ἄρα* dicemus ad p. 80. D.

τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα] videlicet, quam foverunt illi, qui mortuis amicis, filiis, uxoribus, in Orcum descendere voluerunt.

B. *οἴεσθαί γε χρή*] De hac formula dictum est ad Criton. p. 53. C. Deinde quod Heindorf. infinitivum *δόξειν*, a plurimis libris suppeditatum, ita tuetur, ut cum dicat pendere e praecc. *οἴεσθαί γε χρή*, neglexisse videtur istud *γάρ*, quod hanc rationem non admittit. Mox quod *ταῦτα δόξει* dicitur, subsequente *μηδαμοῦ ἀλλ. ἐντεύξεσθαι*, de eo v. ann. ad p. 62. D.

ἢ ἐκεῖ. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ φοβοῖτο τὸν θάνατον ὁ τοιοῦτος;

Cap. XIII. *Πολλὴ μέντοι νὴ Δία, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον, ἔφη, τοῦτο ἀνδρός, ὃν*

C. *ἢ καὶ ἀμφότερα*] καὶ e Vat. et Flor. d. a nobis unis additum.

Πάνυ γ', ἔφη, ἔχει] γ' insertum e Vat. Vind. Φ. Ambr. Ven. Π. c. d.

Cap. XIII. *Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τ. — τοῦτο ἀνδρός —*] Verissime Heindorf. *τοῦτο* explicari censet verbis sqq. *ὃν ἂν ἴδῃς ἀγ.* Nimirum etiam talibus in locis *ὃς ἂν* fere idem est, quod *ἐάν τις*, de qua re vide ad Euthyphron. p. 3. C. Itaque etiam sic scribi poterat: *οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον τοῦτο, ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν φιλόσοφος, ἐάν τινα ἴδῃς ἀγ. μ. ἀπ.* Pertinent huc praeter ea, quae collegit Heindorfius ad Sophist. p. 388., Legg. II. p. 653. A. *εὐτυχές, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο.* Herodot. I. 136. *ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεικται μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθόν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας*, h. e. *ἐάν τις π. ἀπ. π.* Xenoph. Hellen. II. 3, 51. *ἐγὼ — νομίζω προστάτου ἔργον εἶναι οἷον δεῖ, ὃς ἂν ὁρῶν τοὺς φίλους ἐξαπατωμένους μὴ ἐπιτρέπῃ*, h. e. *ἐάν τις ὁρῶν τ. φ. κ. τ. λ.*, ut Weiskius frustra *ὡς ἂν* coniecerit. Xenoph. Anabas. II. 6, 6. *ταῦτα οὐ φιλοπολέμου δοκεῖ ἀνδρὸς ἔργον εἶναι, ὅστις — αἱρεῖται πολεμεῖν*, h. e. *εἴ τις αἱρ. π.* Thucyd. II. 62. *καταφρόνησις δὲ (ἐγγίγνεται), ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν.* Eurip. Phoeniss. 519. *ἀνανδρία γὰρ τὸ πλέον ὅστις ἀπολέσας τοὔλασσον ἔλαβε.* Iphig. T. 610. *τὰ τῶν φίλων αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς αὐτὸς σέσωσται.* Aristoph. Thesmoph. v. 184. Plato Hipp. mai. p. 283. B. Theaet. p. 205. E. conf. Schaefer. ad Demosth. p. 566. 10. et 877. ed. Reisk. ad Poët. Gnom. p. 186. Matthiae Gr. §. 481. 2. Eodem modo Plautus Menaech. V. 6, 1. spectamen bono servo id est, qui rem herilem procurat. conf. ann. ad Hipp. mai. p. 283. B. Veram autem esse nostram explicationem huius loquendi formae talia evincunt: Eurip. Hecub. v. 306. ed. Pors. *ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις, ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.* — Deinde notabis istud *ἄρ' ἦν*, quo Graeci sic utuntur, ut spem aut opinionem frustra susceptam significet. Ita iam parens literarum Graecarum Odyss. XVI. v. 418 sqq. *Ἀντίνο', ὕβριν ἔχων, κακομήχανε, καὶ δέ σέ φασιν ἐν δήμῳ Ἰθάκης μεθ' ὁμήλικας ἔμμεν' ἄριστον βουλῇ καὶ μύθοισι· σὺ δ' οὐκ ἄρα τοῖος ἔησθα.* Aristoph. Pac. v. 677. *ποῖός τις οὖν δοκεῖ τὰ πολεμικὰ ὁ Κλεώνυμος;* Tryg. *ψυχήν γ' ἄριστος, πλήν γ' ὅτι οὐκ ἦν ἄρ' οὗπέρ φησιν εἶναι τοῦ πατρός.* Ibid. v. 817. *οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα.* Sophocl. Philoct. v. 975. *ὅδ' ἦν ἄρα ὁ ξυλλαβών με.* Sed ingentem numerum lo-

ἂν ἴδῃς ἀγανακτοῦντα μέλλοντα ἀποθανεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν φιλόσοφος, ἀλλά τις φιλοσώματος; ὁ αὐτὸς δέ που οὗτος τυγχάνει ὢν καὶ φιλοχρήματος C
καὶ φιλότιμος, ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα. *Πάνυ γ'*, ἔφη, ἔχει οὕτως, ὡς λέγεις. Ἆρ' οὖν, ἔφη, ὦ Σιμμία, οὐ καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία

ὀνομαζομένη ἀνδρεία] Ven. ΛΞ. Par. CHI. Flor. a. c. c. d. i. m. Zitt. cum Bass et Ald. ἀνδρία, quod et hic et postea plausum tulit Bekkeri et Turicenas. Nos cur constanter ἀνδρεία scripserimus, alibi satis videmur exposuisse.

corum, in quibus ἄρ' ἦν ita positum est, dudum collegerunt Heindorf. ad h. l. et Schaeferus ad Sophocl. Oed. Col. v. 1697. ad Apollon. Rhod. II. p. 161., quibus accedant quae nuper in editione Phaedonis Wyttenbachi Lipsiensi notata sunt p. 171.

C. *ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα*] De hac constructione dictum est ad Apolog. Socrat. p. 22. D.

Ἀρ' οὐ — καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία] Tria potissimum distinxit Plato virtutis genera. Praestantissimum enim illius genus philosophus duxit illud, quod duce et magistra ratione coleretur et ex veritatis scientia atque cognitione tamquam sponte effloresceret. Quam quidem virtutem unis philosophis voluit esse propriam, utpote in veritatis indagatione atque contemplatione studiosissime versantibus. Quorsum spectant maxime etiam ea, quae hic de philosophorum virtute disseruntur; spectant item illa, quae Theaet. p. 173. C sqq. p. 176. B. sqq. disputantur, ubi praeclara sapientis imago proponitur in huius virtutis studio, quod ad τὴν ὁμοίωσιν τῷ θεῷ perducit, unice occupati. v. etiam De Rep. V. p. 473. B. sqq. VI. p. 484 sqq. Huic vero praestantissimae virtutis generi tamquam e regione posuit alterum, quod disciplina acquireretur atque adsuetudine potissimum et obedientia bonis legibus et institutis praestita contineretur. Quam virtutem dixit δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν, popularem et civilem. Eam autem censuit a scientiae et cognitionis laude aliquanto esse remotiorem, utpote in uno usu maxime positam, adeoque coniunctam esse et posse et solere cum illiberali et inhonesto commodorum et utilitatum studio, mendacem ac fraudulentam verae germanaeque virtutis imitatricem. Id quod Socrates h. l. docet. Quamobrem nec dubitavit eos, qui illi uni dediti essent, τῶν φαύλων generi adscribere infra p. 87. D et p. 82. A. sq. coll. p. 69. B., ubi iis ἀρετῆς σκιαγραφία tribuitur. Quamquam hoc virtutis genus neutiquam negligendum aut contemnendum censuit. Cui etsi per se spectato facile intellexit deesse firmitatem illam et constantiam, quae ab exploratae veritatis scientia et interiore mentis animique persuasione proficisceretur, tamen, quoniam vulgus vix altius educi posset, hanc ei laudem tribuendam statuit, ut ad publicam pariter atque privatam salutem plane necessarium esse plurimumque ad eam valere existimandum esset. Quocirca eos omnes in

τοῖς οὕτω διακειμένοις μάλιστα προςήκει; Πάντως δήπου, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως,

D. Εἰ γὰρ ἐθέλεις] V. ἐθελήσεις, quod e Coisl. Tub. Par. CHI. Aug. Flor. a. b. c. d. i. m. et pr. Ven. II. mutatum. Turicenses tamen servarunt vulgatum. v. ann.

magno honore habendos esse ac praeclare de communi salute mereri iudicavit, qui civitates bonis legibus temperarent eaque ratione homines ad morum honestatem et officiorum sanctitatem colendam perducerent. De qua re v. Symp. p. 209. A. D. Reip. VI. p. 500. D. VII. p. 518. D. Atque hanc ob caussam etiam ipse, quum olim finxisset eam rempublicam, in qua nullus legibus locus esset et perfectorum sapientium ratio tamquam νόμος ἔμψυχος (De Rep. IV. p. 423. D. sqq. Politic. p. 294. A.) unice valeret, postea faciendum statuit, ut opus Legum componeret, in quo optimae leges proponerentur, quae essent mentis rationisque tamquam vicariae, ideoque ad iuvandam stabiliendamque communem omnium civium salutem saluberrimae. v. Legg. IV. p. 713. E. 715. B. XII. p. 957. Sed haec de virtute civili et populari. Tertium praeterea virtutis genus Plato quasi fortuitum esse voluit, quippe quod contineretur naturae et ingenii quadam felicitate, quae quid verum, bonum atque utile esset, mira facilitate et celeritate reperiret, ideoque illud tribuit θείᾳ τινὶ μοίρᾳ. Nititur igitur illud maxime recte opinandi feliciterque divinandi facultate, quam εὐδοξίαν vocat, (v. Menon. p. 96. D. — 100. D.) habetque rectam opinionem (δόξαν ὀρθήν) sociam et adiutricem. Quod quidem virtutis genus etsi philosophus propterea, quod una opinione nititur longiusque distat a philosophorum virtute, quae a scientia et cognitione (ἐπιστήμῃ) proficiscitur, subinde urbane cavillatur, ridens videlicet viros civiles, aliosque id genus homines, tali virtute fastuose superbientes, sicuti fit Men. p. 99. C. D. E. 89. B. Apol. p. 21. C. Politic. p. 297. B. sqq., tamen ne illud quidem sua laude carere arbitratur. Nimirum similem esse vult huius virtutis rationem atque rectae opinionis. Opiniones enim (δόξας) etsi ad scientiae firmitatem et constantiam comparatas parvi sane aestimavit, ita ut non dubitaverit De Rep. VI. p. 506. C. Men. 97. C. D. eas coecas dicere et vel praestantissimas earum turpitudine affectas iudicare; tamen illas per se spectatas item iusta ponderavit lance, quandoquidem facile intellexit vitam humanam non una scientia, sed etiam opinione atque ingenii bonitate regi atque gubernari v. Phaedon. p. 85. C. ibique ann. Itaque nec tertium hoc genus virtutis, in singulari quadam recte opinandi facultate positum, per se spernendum sed in divinis beneficiis numerandum iudicavit, atque θείαν φύσιν subinde cum admiratione commemoravit, ut De Rep. II. p. 366. C. VI. p. 493. A. coll. p. 492. A. 499. B. Legg. I p. 642. C. ubi adeo Atheniensium laudes ita praedicat, ut αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀγαθοὶ extitisse dicantur. Sed

ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προςήκει, τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν; Ἀνάγκη, ἔφη. Εἰ γὰρ ἐθέλεις, ἦ δ' ὅς, ἐννοῆσαι D τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην, δόξει

τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] Bodl. Tub. Flor. b. c. i. m. Iambl. cum Ald. et Bass. ἀνδρίαν.

haec de re ad Phaedonem recte intelligendum multipliciter utilissima. Ceterum aliter de virtutum gradibus statuisse Platonicos recentiores, disces ex iis, quae disserunt Fabricius ad Marini. Vit. Procl. p. XLI. sqq. ed. Boiss. Salmasius ad Simplic. in Epictet. p. 13 sqq. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 216. et Olympiodor. p. 36 sqq. ed. Finckh. etc. p. 88 sq. ibid. Propius ad Platonis rationem accesserunt Stoici, qui officium voluerunt esse vel perfectum (κατόρθωμα), quod Cicero rectum interpretatur, vel commune sive medium (προςῆκον). Nam officia media s. communia teste Cicerone De Offic. III. 4. censuerunt esse quasi secunda honesta, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. v. etiam De Fin. III. 17. Recta autem sive perfecta officia secundum eorum sententiam non alia sunt quam quae cadunt in unum sapientem. conf. etiam Cic. Offic. I. 3. Latuit tamen, opinor, haec doctrinae Stoicae cum Platonica cognatio adhuc viros doctos, digna illa, quae aliquando animadvertatur diligentius. Omnino dignum est animadvertere, Stoicos in multis ex Platonis ratione profecisse.

τοῖς οὕτω διακειμένοις] videl. iis, qui student animum seiungere a corpore atque sperant se sapientiam esse assecuturos, ubi venerint ad inferos.

οἱ πολλοί] vulgus, h. e. ii, qui non possunt in numero verorum philosophorum haberi. Mox vocantur οἱ ἄλλοι. — De verbo πτοεῖσθαι, summa cupiditate ad aliquid ferri, maximo desiderio alicuius rei teneri, v. Gataker. ad Antonin. IV. 195. Ernestius ad Callimach. h. in Dian. v. 191. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prom. v. 881. et de simili usu verbi Lat. trepidare interpp. ad Liv. XXVII. 1, 8. — ἐν φιλοσοφίᾳ ζῆν, versari in sapientiae studio, ut διάγειν ἐν φιλοσοφίᾳ. Theaet. p. 174. A.

D. εἰ γὰρ ἐθέλεις — δόξει σοι] Ne cui haec structurae ratio molesta sit; alia eius exempla adscripsit Heindorf., quibus addimus haec: Herodot. II. 15. εἰ βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι —, ἀποδεικνύοιμεν ἂν κ. τ. λ. ubi Benedictus coni. βουλοίμεθα, probante Schweighaeusero. Platon. Sympos. p. 208. C. εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἂν κ. τ. λ. Alcibiad. I. p. 122. C. εἰ ἐθέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτους ἰδεῖν, γνώσει ὅτι κ. τ. λ. Protagor. p. 324. A. Itaque recte ab Heindorfio repudiatum est vulg. ἐθελήσεις.

τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] „Has simulatas et ve-

σοι εἶναι ἄτοπος. Πῶς δή, ὦ Σώκρατες; Οἶσθα, ἦ δ' ὅς, ὅτι τὸν θάνατον ἡγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν εἶναι; Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν φόβῳ μειζόνων κακῶν ὑπομένουσιν αὐτῶν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσιν; Ἔστι ταῦτα. Τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι. καίτοι ἄτοπόν γε δέει τινὰ καὶ δειλίᾳ
E *ἀνδρεῖον εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; οἱ κόσμιοι αὐτῶν οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν; ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσι; καίτοι φαμέν γέ που ἀδύνατον εἶναι· ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τούτῳ ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην· φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερηθῆναι καὶ ἐπιθυ-*

μεγάλων κακῶν] V. *μεγίστων*, invitis Bodl. Ven. *Π*. Par. A. Tub. Stobaeo et Iambl. In Bodl. et Par. *μεγίστων* marginibus adscriptum.

καὶ δειλίᾳ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Aug. Flor. d. i. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Vett. editt. *ἢ δειλίᾳ*.

E. *ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος*] *εἶναι* om. a pr. m. Bodl. Ven. *Π*.

rarum virtutum imitatrices virtutes postea exagitavit Epicurus, cuius de hoc argumento doctrinam a Cicerone expositam De Fin. I., 10. 14. 15. II., 14. 15. comparare operae pretium.“ Wyttenbach.

ὅταν ὑπομένωσιν] Euthyphron. p. 7. D. *οὐ δυνάμενοι ἐπὶ ἱκανὴν κρίσιν αὐτῶν ἐλθεῖν ἐχθροὶ ἀλλήλοις γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα.* Phileb. p. 31. B. *δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἐν ᾧ τέ ἐστιν ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ διὰ τί πάθος γίγνεσθον, ὁπόταν γίγνησθον, ἰδεῖν ἡμᾶς*, ubi vide quae alia collegimus huius usus exempla.

E. *Τί δέ, οἱ κόσμιοι —*] *Κόσμιοι* et *σώφρονες* hoc loco sunt fere synonyma. v. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 7. — Ante *ἀκολασίᾳ* Turnebus et Stephanus *καὶ* inserendum putarunt. Perperam. Illustravimus hanc loquendi rationem ad Apolog. Socrat. c. VII. — De proximis, *καίτοι φαμέν γέ που — ἀλλ' ὅμως*, compares Euthyphr. p. 3. C. *καίτοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα ὧν προεῖπον· ἀλλ' ὅμως φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις.* Parmenid. p. 128. C. *καίτοι ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα· ἀλλὰ πρῶτον μέν σε τοῦτο λανθάνει κ. τ. λ.* Demosthen. in Mid. p. 41. ed. Buttm. *καίτοι φασὶν Ἰφικράτην — ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν· ἀλλ' ὅμως πολλοὺς μὲν ἔχων φίλους —, πολλὰ δὲ χρήματα — οὐκ ἐβάδιζεν ἐπὶ τὰς τῶν χρυσοχόων οἰκίας.* Ceterum haec brevitate dicta sunt, quum potuerint etiam sic enuntiari: *ἀλλ' ὅμως τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην, ὃ αὐτοῖς συμβαίνει, τούτῳ ὅμοιόν ἐστιν.*

μοῦντες ἐκείνων, ἄλλων ἀπέχονται ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι. καίτοι καλοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν 69
ἡδονῶν ἄρχεσθαι· ἀλλ' ὅμως ξυμβαίνει αὐτοῖς κρατουμένοις ὑφ' ἡδονῶν κρατεῖν ἄλλων ἡδονῶν. τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστιν ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο, τῷ τρόπον τινὰ δι' ἀκολασίαν αὐτοὺς σεσωφρονίσθαι. Ἔοικε γάρ. Ὦ μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥσπερ νομίσματα, ἀλλ' ᾖ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις, καὶ τούτου μὲν πάντα καὶ B
μετὰ τούτου ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τῷ ὄντι

P. 69. *μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ*] *γὰρ* additum e Bodl. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d.

πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή] Voc. *ἀλλαγὴ* additum e Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. C. Ambr. Flor. a. b. d. m. Dein Bodl. Tub. *ἀλλὰ ἡδονὰς πρὸς ἡδονάς*. Sed v. ad p. 70. C.

ἅπαντα ταῦτα] Sic Bodl. Ven. *Π* Tub. Vett. editt. *πάντα ταῦτα*.

P. 69. *μὴ γὰρ οὐχ αὕτη* –] Particula *γὰρ* refertur ad sententiam ex orationis serie eruendam. Possis intelligere: Noli hanc sentiendi agendique rationem probare: vide enim, ne haec non sit recta ad virtutem quod attinet permutatio, ut voluptates cum voluptatibus — commutemus. v. Lambertus Bos. Elips. p. 809 sqq. ed. Schaefer. Wyttenbachius, quum res non viam virtutis, sed virtutem ipsam requirere videretur, pro vet. lect. *ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετήν, ἡδονὰς πρ. ἡδ.* scribendum censuit *ἡ ὀρθὴ ἀρετή, ἡδονὰς πρὸς ἡδ. κ. τ. λ.* Quod etiamsi accuratius dictum foret, ferri tamen vulgatum posset, si libri omnes illud constanter tuerentur. Nunc vero, quum multi codd. optimae notae post *ἀρετὴν* addant *ἀλλαγή*, quod ipsum etiam Iamblichus in libro suo habuit; non dubitavimus recipere, quod sententiae rationibus optime convenire, ab librariis autem multo facilius deleri quam addi potuisse videbatur. Ceterum verbi *καταλλάττεσθαι* usum exemplis illustravit Wyttenbach. ad h. l. De praepositione *ἀντὶ* cum huiusmodi verbis coniuncta v. Pierson. ad Moer. p. 155 sq. Ceterum videtur, opinor, hoc loco sententia Aristippi Cyrenaici, multis tum, ut videtur, probata, quae virtutem referebat ad prudentiam quandam tranquille beateque vivendi, ideoque sapientem iubebat quam maxime sectari vitae suavitatem atque iucunditatem. v. Protag. p. 354 .C. 356. B. Phileb. p. 53. C. 54. D. ibique ann.

B. *ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τ. ὄ. ᾖ*] h. e.

ῃ, καὶ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ ᾖ μετὰ φρονήσεως, καὶ προςγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων· χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων, μὴ σκιαγραφία τις ᾖ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ

B. *καὶ ἀνδρεία*] Bodl. Tub. Flor. a. b. c. d. i. m. Zittav. Ven. *ΞΠ*. cum Ald. Bass. *ἀνδρία*.

ἀρετὴ ᾖ μετὰ φρονήσεως] Vulgo ᾖ abest. Tub. Ven. *Π*. Par. *ἀρετὴ ἡ μετὰ φρ.*, unde cum Heindorfio et Bekkero ᾖ inseruimus.

οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα] Sic dedi e Vat. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. et marg. Ven. *Π*. Editt. omnes *ἔχῃ*.

et vereor, ne quae hoc numismate emuntur venduntarque, ea demum re vera sint etc. In his mirum accidit istud *ὠνούμενα* passive dictum. Vitium leni mutatione sustuleris, scribendo: *ἐωνημένα*, nisi malueris etiam *ὠνητά*, quod propter seq. *πιπρασκόμενα* in *ὠνούμενα* mutatum est. Heindorf., quum videret in cod. Aug. scriptum exstare *ὠνούμεθά τε καὶ πιπρασκόμεθα*, in eam suspicionem incidit, ut scribendum putaret: *καὶ μετὰ τούτου ἃ ὠνούμεθά τε καὶ πιπράσκομεν, τῷ ὄντι ᾖ*. Fortasse tamen nihil mutandum, quandoquidem Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. 95. e Lysia affert formam perfecti *ἐωνηκώς*, atque proximum *πιπρασκόμενα* paene efflagitat *ὠνούμενα*. Praeterea etiam imperfectum verbi tempus apud Xenoph. De re equestri VIII. 2. passive positum: *ὅτε μὲν γὰρ ἐωνεῖτο, πειρᾶσθαι ἐκελεύομεν, εἰ δύναιτο ὁ ἵππος ταῦτα ποιεῖν.* — Quae deinde nominantur quatuor virtutis formae: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, eas philosophus memorat item De Republ. IV. p. 428 sqq. p. 433. ss. p. 441. E. sqq. VI. p. 487. B. p. 604. B. Legg. III. p. 688. p. 963. B. al. Nimirum ducta est haec divisio virtutum ex Pythagoreorum doctrina; ut apparet ex fragmentis ap. Stobaeum Florileg. I. c. g. Theagis p. 8 — 12. Metopi p. 7. Cliniae p. 8. Indidem sumsit Aristoteles, dissentiens tamen a Platonis ratione, quam postea Stoici vindicarunt. v. Wyttenbach ad h. l. et Carol. Beier. ad Cic. Offic. I. 5, 15. Excurs. In dialogis quibusdam quod Plato etiam quintam virtutem memorat primariam, pietatem, de eo v. Prolegg. ad Protagor. p. 32 sq. ed. 2.

καὶ προςγ. καὶ ἀπογ.] h. e. sive adsint sive absint.

χωριζόμενα δὲ φρονήσεως —] Refer ad *ἡδονάς, φόβους* et *τἄλλα πάντα*, ut sententia haec sit: disiuncta autem haec a sapientia et invicem commutata vide ne nihil sint nisi adumbratio quaedam virtutis. Plutarchus adv. Epicur. p. 1091. D. *Πλάτων — ἀπηγόρευε τὰς λυπῶν καὶ πόνων ἀπαλλαγὰς ἡδονὰς μὴ νομίζειν, ἀλλ' οἷόν τινα σκιαγραφίαν ἢ μῖξιν οἰκείου καὶ ἀλλοτρίου, καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος.* — Deinde *οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα* quod ex codd.

ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιές, οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα, τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι ᾖ κάθαρσίς τις C
τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ. καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι,

C. τῷ ὄντι ᾖ κάθαρσις] κάθαρσις ᾖ Vat. Vind. Φ. Flor. d. Par. G. Ambr. et corr. Bodl.

αὐτὴ ἡ φρόνησις] V. αὕτη. Mutatum e Bodl. Coisl. Ven. ΔΠ. Vind. Φ. Par. CG. Ambr. Flor. b. m. aliis.

καὶ κινδυνεύουσι] Hoc firmant Vat. Par. G. Flor. d. i. et pr. Ven. Π. qui habet κινδυνεύσουσι. Olim κινδυνεύωσι legebatur.

melioribus recepimus, tum vocula τε suadebat, tum loquendi consuetudini minime adversari videbatur. v. quae infra ad p. 100. D. annotavimus

τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι] Haec posita esse ἐκ παραλλήλου putant. v. p. 66. C. Sed recte Schleiermacherus vertit: das Wahre aber Reinigung von dergleichen allen ist, und Besonnenheit und Gerechtigkeit und Tapferkeit selbst Reinigungen sind. Nam τὸ ἀληθὲς opponitur τῇ σκιαγραφίᾳ.

C. τῶν τοιούτων πάντων] Intell. ἡδονῶν, φόβων κ. τ. λ.

μὴ καθαρμός τις ᾖ] Narrat Theo Smyrnaeus Mathem. p. 18. ed. Paris a. 1614. quinque fuisse gradus μυήσεως, quorum primus fuerit καθαρμός, secundus ἡ τῆς τελετῆς παράδοσις, tertius ἐποπτεία, quartus ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις, quintus τὸ θεοφιλὲς καὶ θεοῖς συνδίαιτος εὐδαιμονία. v. Bullialdus ad l. c. Apulei. Metamorph. lib. XI. Meursii Eleusin. c. VII sq. Creuzerus Symbol. IV. p. 500 sq Quae si vera sunt, facile intelligitur, quorsum referenda sint, quae deinde sequuntur, ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. Cf. p. 81. A. ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα. Neque omnino universi loci sententia obscura est. Docet enim philosophus veram sapientiam ac virtutem unam esse, quae animum a vitiis purgatum participem facere queat futurae post mortem felicitatis. Id vero significasse ait iam priscos mysteriorum conditores, quippe qui prodiderint, eos, qui non initiati in Orcum venerint, coactos fore, ut in coeno iaceant. Scilicet initiationem philosophus vult esse animi a corporis labe purgationem. Quod convenit sane cum iis, quae Theo de primo gradu memoriae prodidit. Sed de gradibus mysteriorum v. quae disseruit Lobeck. Aglaopham. T I. p 38 sqq. qui Theonem de privatis loqui censet mysteriis, non de Eleusiniis.

καὶ κινδυνεύουσι — οὗτοι καταστήσαντες] In his οὗτοι est noti illi, celebrati illi, ut Legg. III. p. 677. A. IV. p. 705. E. VII. p. 790. E. Menon. p. 80. A. καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς — ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τἄλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ. Xenoph. Anab. I. 5, 8. ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς

ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. εἰσὶ γὰρ δή, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκ-
D χοι δέ τε παῦροι· οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν ἐμὴν δό-

βάκχοι δέ τε παῦροι] Unus Ambr. παῦροι δέ τε βάκχοι. Vulgo δέ γε. praeter librorum fidem.

D. ὧν δὴ καὶ ἔγωγε] ἐγὼ Bodl. Ven. *Π*. Flor. d. quod cum Bekkero Turicc. dederunt. Voculam γε post κατὰ e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. inseruimus.

χιτῶνας καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας, ubi v. Zeunius. Aristophanes Rann. 429., ubi schol. ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι. Ibid. 720. Cf. Lexic. Xenophont. III. d. 366. Pro καταστήσαντες Matthiae ad Hom. Hymn. in Cerer. 473. p. 419. καταδείξαντες coniiciebat. Sed vulgatam tuitus est Schaefer. ibid. Praefat. p. VII. Eurip. Bacch. 22. καὶ καταστήσας ἐμὰς τελετάς. Pausan. XIII. 31. καταστήσασθαι—τὴν τελετήν. conf. Pierson. Verisim. p. 123.

ἀλλὰ τῷ ὄντι π. αἰν., ὅτι —] Narrat Olympiodorus ista: ἐν βορβόρῳ κείσεσθαι τοὺς ἀμυήτους, sumta esse ex formula carminis mystici, cuius auctor habebatur Orpheus. v. Fragment. Orph. p. 509. Herm. Hymn. in Cerer. 485. ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων· ὃς δ' ἀτελὴς ἱερῶν, ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίων αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι. Plato de Rep. II. p. 363. D. Μουσαῖος - καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ — τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου, ubi quae deinceps sequuntur, digna sunt quae cum hoc loco conferantur Plotin. Ennead. I. 6. p. 55. A αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον εἰς (leg. ἐν) Ἅιδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν βορβόρῳ διὰ κακίαν φίλον. Plura dabunt Meursius Eleusin. c. XVIII. Isaacus Casaubon. Exercitt. Baron. p. 390 sqq. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 25. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. T. I. p. 222 = p. 161. ed. Lips. et in commentar. ad h. l.

εἰσὶ γὰρ δή, φ. οἱ π. τ. τ.] Olympiodorus: παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον, ὅτι, ὅςτις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥςπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται· τελετὴ γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἀρετῶν βακχεία· καί φησιν· πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι· ναρθηκοφόρους, οὐ μὴν βάκχους τοὺς πολιτικοὺς καλῶν, ναρθηκοφόρους δὲ βάκχους τοὺς καθαρτικούς. Enimvero βάκχοι nominati sunt sacerdotes et ministri orgiorum. Schol. ad Aristoph. Equit. 406. βάκχον οὐ τὸν Διόνυσον ἐκάλουν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τελοῦντας τὰ ὄργια βάκχους ἐκάλουν, quem locum laudavit Forsterus. Cicero de Legg. II. 14. quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque vestri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? ubi Turnebus Iacchum intelligi censet extremam initiationis partem. Praeterea consulendus Lobeck. Aglaopham. p. 806 sqq. et p. 813. — νάρθηξ est fe-

ξαν οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς. ὧν δὴ καὶ ἔγωγε κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καί τι ἠνυσάμην, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ὀλίγον ὕστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Repetitio vocis videtur effecisse, ut grammatici eam alterutro loco delerent.

ὀρθῶς προὐθυμήθην] V. *προὐθυμούμην*, praeter fidem codicum.

καί τι ἠνυσάμην] Sic unus August. Vett. editt. et reliqui codd. *ἠνύσαμεν*, quod primus sprevit Heindorf.

rula in orgiis gestari solita. vid. Fischer. Indic. ad Palaephat. s. v. et Barnes ad Euripid. Bacch. 145 sqq., quo loco poeta *ναρθηκοφόρους* ita describit: *ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων πυρσώδη φλόγα πεύκας ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει, δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας, ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων, τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων. τ. τ. λ.* Ceterum loci sententiam recte ita declaravit Fischerus: multi prae se ferunt amorem et studium philosophiae, sed pauci sunt vere philosophi.

D. *ὧν δὴ καὶ ἔγωγε —*] Genitivus cohaeret cum verbo *γενέσθαι*, hoc sensu: in quorum societatem ut pervenirem, nihil intentatum reliqui, sed omni studio elaboravi. v. Lobeck. ad Aiac. p. 295. — Mox de constructione verborum: *ἀπολείπων — οὐ χαλεπῶς φέρω*, v. Matth. §. 551.

καί τι ἠνυσάμην] aliquid *mihi* profecerim, et in meam utilitatem comparaverim. Id enim verbo medio significatur quod eodem modo positum Aristoph. Plut. v. 196. *κἂν ταῦτ' ἀνύσηται* (sibi paraverit), *τετταράκοντα βούλεται.* Aeschyl. Prom. 706. *τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως.* Soph. Trachin. 996. *οἵαν ἀνθ' οἵων θυσιῶν ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω.* Theocrit. V. extr. *ὅττι πόκ' ἤδη ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν.* Id. XVIII. 16. *ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι — ὡς ἀνύσαιο.* Pluralem *ἠνύσαμεν* qui defenderunt Astius, Bernhardy Syntax. p. 416. C. Fr. Hermannus: Abhandlungen u. Beiträge etc. p. 72. ii voluerunt esse communicativum, atque personarum numerum crebro ita variari monuerunt. In quo tamen uno certe nomine falsi sunt. Nam quod statuerunt istam numerorum variationem etiam in binis membris copula connexis locum habere, eius loquendi consuetudinis nullum usquam investigari exemplum poterit. Ex quo consequens est, ut *ἠνυσάμην* unice verum putandum sit. Quod si quaerimus, cur male depravatum fuerit, caussa rei in promtu est. Nam primum quidem scribis notius fuit activum *ἀνύτειν*, quum medium verbum usurpetur rarius. Quamquam illud nec a prosae orationis consuetudine alienum fuisse evincunt quae notarunt Toup Add. ad Theocr. p. 400. et Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 214. Deinde corruptionis opportunitatem dedit, quod conti-

Ταῦτ' οὖν ἐγώ, ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ἀπολογοῦμαι, ὡς εἰκότως ὑμᾶς τε ἀπολείπων καὶ τοὺς ἐνθάδε δεσπότας οὐ χαλεπῶς φέρω οὐδ' ἀγανακτῶ,
E ἡγούμενος κἀκεῖ οὐδὲν ἧττον ἢ ἐνθάδε δεσπόταις τε ἀγαθοῖς ἐντεύξεσθαι καὶ ἑταίροις· τοῖς δὲ πολλοῖς ἀπιστίαν παρέχει. εἴ τι οὖν ὑμῖν πιθανώτερός εἰμι ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ἢ τοῖς Ἀθηναίων δικασταῖς, εὖ ἂν ἔχοι.

Cap. XIV. Εἰπόντος δὴ τοῦ Σωκράτους ταῦτα, ὑπολαβὼν ὁ Κέβης ἔφη· Ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ἄλλα ἔμοιγε δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι, τὰ δὲ περὶ τῆς
70 ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μή, ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διαφθείρηταί τε καὶ ἀπολλύηται, ᾗ ἂν ἄνθρωπος ἀποθάνῃ· εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ

ὑμᾶς τε ἀπολείπων] ἀπολιπὼν Bodl. Ven. Π.

E. ἔμοιγε δοκεῖ] Sic Bodl. Ven Π. Tub. et Stob. Editt. vett. δοκεῖ ἔμοιγε.

P. 70. ᾗ ἂν ἄνθρωπος ἀπ.] V. ὁ ἄνθρωπος. Articulum praeeunte Bekkero cum Ven. Π. Flor. b. delevi, de cuius omissione v. ad Prot. p. 355. A. Tur. ἄνθρωπος.

nuo sequitur et in singularis numeri vicem substituitur ἐλθόντες — εἰσόμεθα. De qua numeri permutatione Graecis utique frequentata v. Lobeck. ad Aiac. v. 191. Iacobs ad Del. Epigr. X. 89. Bernhardy l. c. Matthiae Gr. §. 293. al.

Ταῦτ' ἀπολογοῦμαι] haec pro me affero.

E. ἀπιστίαν παρέχει] Tertia verbi persona intellecto αὐτὸ posita non rari est usus. v. infra ad p. 93. A. De constructione verborum: εἴ τι πιθανώτερός εἰμι, — εὖ ἂν ἔχοι, vide ad Apolog. p. 25. B.

Cap. XIV. P. 70. πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τ. ἀνθρ., μή, ἐπ.] Habes constructionem ad sensum conformatam. Etenim quum ἀπιστία ita dicatur, ut adiunctam habeat metus ac timoris significationem; quasi dictum esset πολὺν φόβον παρέχει, subiiciuntur haec: μή, ἐπειδ. ἀπ. — οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ. Quam rationem Graeci neutiquam refugerunt. Xenophon. Sympos. VIII. 34. δοκοῦσιν ἀπιστοῦσιν ἐοικέναι, μὴ — οὐκ ἀποτελῶσιν. Plat. Hipp. mai. p. 300. D. ἐνθυμοῦμαι, μὴ παίζῃς, ubi v. annot. Deinde quod Heindorfius verba εὐθὺς ἀπαλλαττομένη praecedentibus iungenda censet, ita ut ista, καὶ ἐκβαίνουσα etc., aliud ordiantur membrum periodi, de ea re fateor me minime cum eo consentire. Nam haec certe: εὐθὺς ἀπαλλ. τοῦ σώμ. καὶ ἐκβαίνουσα, nullo modo ad diversas partes trahenda esse, vel illud docere videtur, quod nomen τοῦ σώματος et εὐθὺς necessario ad ἐκ-

σώματος καὶ ἐκβαίνουσα ὥςπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς
διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη καὶ οὐδὲν ἔτι οὐ-
δαμοῦ ᾖ· ἐπεί, εἴπερ εἴη που αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν ξυν-
ηθροισμένη καὶ ἀπηλλαγμένη τούτων τῶν κακῶν,
ὧν σὺ νῦν δὴ διῆλθες, πολλὴ ἂν ἐλπὶς εἴη καὶ κα-
λή, ὦ Σώκρατες, ὡς ἀληθῆ ἐστιν ἃ σὺ λέγεις. ἀλλὰ B
τοῦτο δὴ ἴσως οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται καὶ
πίστεως, ὡς ἔστι τε ἡ ψυχὴ ἀποθανόντος τοῦ ἀν-
θρώπου καί τινα δύναμιν ἔχει καὶ φρόνησιν. Ἀλη-
θῆ, ἔφη, λέγεις, ὁ Σωκράτης, ὦ Κέβης. ἀλλὰ τί
δὴ ποιῶμεν; ἢ περὶ αὐτῶν τούτων βούλει διαμυθολο-
γῶμεν, εἴτε εἰκὸς οὕτως ἔχειν, εἴτε μή; Ἔγωγ᾽ οὖν,
ἔφη ὁ Κέβης, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι, ἥντινα δόξαν
ἔχεις περὶ αὐτῶν. Οὔκουν γ᾽ ἂν οἶμαι, ἦ δ᾽ ὃς ὁ

οἴχηται διαπτομένη] Sic Bodl. Coisl. Ven. *ΑΠ.* Par. ACEI. Ambr. Aug. Flor. a. b. c. d. i. Vulgo minus Attice *διαπταμένη*. Vind. *Φ.* *διιπταμένη*.

ὧν σὺ νῦν δὴ διῆλθες] *δὴ* e Bodl. additum.

B. *ἔστι τε ἡ ψυχή*] *ἡ* servarunt Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par CG. Ambr. Flor. d. m. Vulgo deest.

βαίνουσα intelligendum est. Itaque inde ab *εὐθὺς ἀπαλλ.* nova inchoatur sententia vel potius novum orationis membrum: quod quum repetat quasi superiora iisque illustrandis inserviat, non opus fuit, ut *καὶ* ab initio praemitteretur. Ceterum *εὐθὺς ἀπαλλ.* est statim ut discedit. Infra p. 75. B. *γενόμενοι εὐθὺς ἑωρῶμεν.* Ibid. C. *ἠπιστάμεθα — — εὐθὺς γενόμενοι*. Advertes etiam participiorum cumulationem, *ἐκβαίνουσα — διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη*. quae tamen non caret idonea ratione.

B. *οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται*] „Graecum *παραμυθία* non solum est consolatio animi, sed etiam iudicii confirmatio, qua sententia difficilis et incredibilis ad probabilitatem explicatur.“ WYTTENB., quem vid. ad h. l. Quippe indicat haec vox proprie eam vim orationis, quae affectus hominum componendo ipsorum animos tranquillos reddit, flectit, regit. conf. De Rep. V. p. 476. E. VI. p. 499. E. Muret. Varr. Lect. II. 4. — Ceterum tenenda notio immortalitatis Platonica, quae proditur his verbis: *ὡς ἔστι τε ἡ ψυχὴ ἀποθανόντος τοῦ ἀνθρώπου καί τινα δύναμιν ἔχει καὶ φρόνησιν.* Bene Olympiodorus: *Τινὰ ζωὴν ἔχει καὶ γνωστικὴν ἐπιστήμην. ἡ μὲν γὰρ δύναμις τὴν ζωτικὴν ἐνέργειαν δηλοῖ, ἡ δὲ φρόνησις τὴν ἐπιστημονικήν.*

βούλει διαμυθολογῶμεν] De hoc verbo dictum est ad Apolog. Socr. p. 39. E. et al.

Οὔκουν γ᾽ ἂν οἶμαι] In

C Σωκράτης, εἰπεῖν τινα νῦν ἀκούσαντα, οὐδ' εἰ κωμῳδοποιὸς εἴη, ὡς ἀδολεσχῶ καὶ οὐ περὶ προσηκόντων τοὺς λόγους ποιοῦμαι. εἰ οὖν δοκεῖ, χρὴ διασκοπεῖσθαι.

Cap. XV. Σκεψώμεθα δ' αὐτὸ τῇδέ πῃ, εἴτε ἄρα ἐν Ἅιδου εἰσὶν αἱ ψυχαὶ τελευτησάντων τῶν ἀνθρώπων, εἴτε καὶ οὔ. παλαιὸς μὲν οὖν ἔστι τις λόγος οὗτος, οὗ μεμνήμεθα, ὡς εἰσὶν ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ, καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων. καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως

C. *οὐδ' εἰ κωμῳδοποιὸς*] Bodl. Vat. Ven. *ΞΠ*. Vind. YG. Par. ACH. Flor. c. d. i. m. Pal. *κωμῳδιοποιός* v. ad Apol. p. 18. D.

εἰ οὖν δοκεῖ, χρή] Sic. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. ACEGHI. Ambr. Aug. Flor. a. b. d. i. m. Vett. editt. habent: *εἰ οὖν δοκεῖ καὶ χρὴ διασκοπεῖσθαι, σκεψώμεθα αὐτὸ τ. π.* Voc. *δ'* post *σκεψώμεθα* e Bodl. Ven. *Π*. Tub. Aug. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. a. insertum. Vides igitur non esse verum quod scripsit Schleiermacherus p. 474. ed. 2, *δὲ* non satis commendationis a codicibus habere, ideoque veterem lectionem servandam esse.

his *ἂν* ad infinitivum *εἰπεῖν* referri oportere monere vix opus est. De comicorum in Socratem dicteriis iam ad Apolog. Socr. p. 18. B. C. et 19. C. diximus. Audias praeterea Olympiodorum ad h. l. p. 44. *Ὁ γὰρ Εὔπολίς φησι περὶ τοῦ Σωκράτους· τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχόν, ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν, ὁπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου κατημέληκεν* (de quibus versibus metro suo restituendis v. quos laudat Runkel. ad Pherecyd. et Eup. Fragm. p. 176. et 224. Meinek. Fragmm. Com. Vol. II. P. 1. p. 553.) *νῦν οὖν οὐκ ἐρεῖ ταῦτα περὶ ἐμοῦ ζητοῦντος, εἰ εἰσὶν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ἐν ᾅδου, ἢ μή. Χρειώδης γὰρ ἡ τοιαύτη ζήτησις.* De *ἀδολεσχία* a comicis obiecta philosophis v. Ruhnken. ad Xenoph. Mem. I. 2, 31.

Cap. XV. C. *Σκεψώμεθα δ' αὐτὸ τῇδέ πῃ —*] Consideremus autem rem hac fere ratione, utrum nimirum in Orco versentur mortuorum animi, an non. In his pronomen *αὐτό* spectat ad antegressa; *τῇδέ πῃ* autem referendum est ad rei explicandae rationem, quae deinde verbis: *εἴτε ἄρα — εἴτε καὶ οὔ*, accuratius indicatur. Ceterum refertur hoc placitum de reciproco animorum ortu et interitu ad Orphicos et Pythagoreos itemque ad Empedoclem ab Olympiodoro in scholiis ad h. l. p. 45 sqq. ed. Finckh. et p. 103 *Ὀρφικός τε γὰρ καὶ Πυθαγόριος (λόγος) ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις.* Vid. eundem in Fragm. Orphic. p. 510. ed. Hermann. De Empedocle conf. quae disputavit

ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶν-
τας, ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ; οὐ γὰρ D
ἄν που πάλιν ἐγίγνοντο, μὴ οὖσαι, καὶ τοῦτο ἱκα-
νὸν τεκμήριον τοῦ ταῦτ' εἶναι, εἰ τῷ ὄντι φανερὸν
γίγνοιτο, ὅτι οὐδαμόθεν ἄλλοθεν γίγνονται οἱ ζῶν-
τες ἢ ἐκ τῶν τεθνεώτων. εἰ δὲ μὴ ἔστι τοῦτο, ἄλ-
λου ἄν του δέοι λόγου. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Κέ-
βης. Μὴ τοίνυν κατ' ἀνθρώπων, ἦ δ' ὅς, σκόπει
μόνον τοῦτο, εἰ βούλει ῥᾷον μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ κα-
τὰ ζώων πάντων καὶ φυτῶν, καὶ ξυλλήβδην ὅσαπερ

ἔστι τις λόγος] Sic Bodl. Coisl. Ven. *Π*. Vind. *ΥΦ*. Par. L. Ambr. Flor. c. Vett. editt. *τις ὁ λόγος*. Dein *οὗτος* om. Bodl. Ven. *Π*. Ambr., quod abiecerunt etiam Turr.

ἄλλο τι ἢ εἶεν] Bekker. *ἢ* delevit auctoritate unius Ven. *Π*. in quo a pr. m. omissum erat. Dein Bodl. Ven. *Π*. *αἱ ψυχαὶ ἡμῶν*.

D. *φανερὸν γίγνοιτο*] Vat. Vind. *Φ*. Ambr. Flor. d. *γένοιτο*, quod praetulit Bekker. et ed. Tur. Praesens apte quaestionis instituendae perpetuitatem denotat.

εἰ βούλει ῥᾷον μαθεῖν] V. *ῥᾴδιον*, quod e Bodl. Tub. Ven *Π*. correctum

Sturzius p. 459 — 484. *Παλαιὸς λόγος* doctrina haec dicitur etiam Menon. p. 81. B.

εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι — τοὺς ζῶντας] Frustra haesit Heindorf. in hac verborum constructione. Nam infinitivum addi vocibus relativis atque demonstrativis per epexegesin satis notum est. Itaque verba convertas hoc modo: und wenn sich dieses so verhält, dass nemlich die Lebenden wiederum aus den Todten entstehen etc. Prorsus eodem modo p. 71. B. *ἀλλ' ἔργῳ γοῦν πανταχοῦ οὕτως ἔχειν ἀναγκαῖον, γίγνεσθαί τε αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γένεσίν τε εἶναι* κ. τ. λ p. 72. A. Euthyphron. p. 11. B. *πάθος δέ τι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ὅ τι πέπονθε τοῦτο τὸ ὅσιον, φιλεῖσθαι ὑπὸ πάντων θεῶν*. Xenoph. Anabas. I. 1, 7. *προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον*.

D. *τοῦ ταῦτ' εἶναι —*] Intell. *τοῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐκεῖ εἶναι*. De pronomine, etiamsi de una tantum re sermo sit, in plurali numero posito v. ad p 62. D. Itaque coniecturam Forsteri *αὐτὰς* non praeferam cum Heindorf.

ἀλλὰ καὶ κατὰ ζώων πάντων —] Olympiodorus: *Τινὲς ἐκ τούτου τοῦ ῥησειδίου ἀπατηθέντες ᾠήθησαν τὸν Πλάτωνα πᾶσαν ψυχὴν ἀθανατίζειν. ἄμεινον δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀμμώνιος ἐξηγήσατο τὸ χωρίον τοῦτο, λέγων, ὅτι τοῦτό φησι πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα, τὸ κατασκευάζον, ὅτι τὰ ἐναντία μεταβάλλει εἰς ἄλληλα*. — In proximis *ἆρα* quod ponitur in interrogatione aliunde suspensa, tetigimus hunc usum ad Lachetem p. 185. D. Ceterum tenendum ista, *οὐκ*

ἔχει γένεσιν περὶ πάντων ἴδωμεν, ἆρ' οὑτωσὶ γίγνε-
E ται πάντα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία, ὅσοις τυγχάνει ὂν τοιοῦτόν τι, οἷον τὸ καλὸν τῷ αἰσχρῷ ἐναντίον που καὶ δίκαιον ἀδίκῳ, καὶ ἄλλα δὴ μυρία οὕτως ἔχει. τοῦτο οὖν σκεψώμεθα, ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἔστι τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου. οἷον ὅταν μεῖζόν τι γίγνηται, ἀνάγκη που ἐξ ἐλάττονος ὄντος πρότερον ἔπειτα μεῖζον γίγνεσθαι;

περὶ πάντων ἴδωμεν] V. εἰδῶμεν, i. e. sciamus. Verum suppeditavit Vind. Φ. et pr. Coisl. cum Stobaeo et Olympiodoro.

ἆρ' οὑτωσὶ γίγνεται πάντα] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Tub. Vind. Ambr. Flor. d. Vulgo ἅπαντα, quod tenuit etiam Bekker.

E. *τοῦτο οὖν σκεψώμεθα*] τοῦτο οὖν, in Vett. editt. omissum, e Bodl. Tub. Ven. Π. Vat. Flor. d. i. Vind. Φ. Par. G. Ambr. restitutum. Pro ἆρα, quod Wyttenbachio in interrogatione aliunde suspensa mirum accidit, Vind. 8. et Aug. οὖν εἰ habent. ... ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία, addita esse ad explicandam vocem οὑτωσί, ut liceat hanc ῥῆσιν Germanice ita convertere: sondern — lass uns überhaupt sehen, ob alles mit einander auf folgende Weise entsteht, nemlich nicht anderswoher als das Gegentheil aus dem Gegentheil. Six mox p. 71. A

E *τοιοῦτόν τι*] sc. ἐναντίον. Olympiodorus ad h. l. Ὅτι — τὰ ἐναντία μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, δείκνυσιν ἡ λέξις τριχόθεν· πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς· παρατίθεται γὰρ πολλὰ ἐναντία, ἃ δείκνυσι μεταβάλλοντα εἰς ἄλληλα· δεύτερον ἐκ τῶν γενέσεων αὐτῶν καὶ τῶν ὁδῶν· εἰ γὰρ αἱ ὁδοὶ μεταβάλλουσιν εἰς ἀλλήλας, οἷον ἡ λεύκανσις εἰς τὴν μέλανσιν, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὰ τέλη μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν· τρίτον, ὅτι χωλεύοι ἡ φύσις, εἰ ἓν μὲν τῶν ἐναντίων μεταβάλλει εἰς τὸ ἄλλο, ἓν δὲ οὐ μεταβάλλει· καὶ τῷ χρόνῳ ἐπιλείποι θάτερον τῶν ἐναντίων, καὶ οὐδὲν ἐναντίων ἔσται, τὸ λοιπὸν μηδὲν ἔχον, εἰς ὃ μεταβαλεῖ.

μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι] Animadversione digna est haec a plurali numero, ὅσοις, ad singularem, αὐτό, h. e. αὐτῶν ἕκαστον, transitio, cuius aliud exemplum simillimum attulit Heindorf. ex libr. II. de Legg. p. 667. B. οὐκοῦν πρῶτον μὲν δεῖ τόδε γε ὑπάρχειν ἅπασιν, ὅσοις συμπαρέπεταί τις χάρις, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον αὐτοῦ (h. e. αὐτῶν ἑκάστου) τὸ σπουδαιότατον εἶναι, ἤ τινα ὀρθότητα, ἢ τὸ τρίτον ὠφέλειαν.

ἐξ ἐλάττονος ὄντος πρότερον ἔπειτα μεῖζον γ.] De hac loquendi ratione, qua εἶτα et ἔπειτα participiis subiiciuntur vel interdum etiam anteponuntur, v. Gregor. Corinth. p.

Ναί. Οὐκοῦν κἂν ἔλαττον γίγνηται, ἐκ μείζονος
ὄντος πρότερον ὕστερον ἔλαττον γενήσεται; Ἔστιν, 71
ἔφη, οὕτω. Καὶ μὴν ἐξ ἰσχυροτέρου γε τὸ ἀσθενέστερον καὶ ἐκ βραδυτέρου τὸ θᾶττον; Πάνυ γε. Τί δαί; ἄν τι χεῖρον γίγνηται, οὐκ ἐξ ἀμείνονος, καὶ ἐὰν δικαιότερον, ἐξ ἀδικωτέρου; Πῶς γὰρ οὔ; Ἱκανῶς οὖν, ἔφη, ἔχομεν τοῦτο, ὅτι πάντα οὕτω γίγνεται, ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα; Πάνυ γε. Τί δ' αὖ; ἔστι τι καὶ τοιόνδε ἐν αὐτοῖς, οἷον μετα-

bent. Sed *ἄρα* ita usurpatum non raro est; v. ad Remp. V. p. 462. A. Lachet. p. 185. D. Mox Turicenss. de coniectura Baiteri: *ἐκ τοῦ αὐτῷ* pro *αὐτῷ*. Quod nobis non placet. Lat. dixeris ipsi.

P. 71. *ἐξ ἰσχυροτέρου γε*] *γε* om. Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. probantibus Turicenss.

Τί δαί; ἄν τι χεῖρον] V. *δέ*, quod e Coisl. Ven. *ΞΠ*. Vind. *Y*. Par. ACH. Flor. a. c. m. Zitt. mutavimus, invitis Turicenss.

ἐξ ἀδικωτέρου;] V. *οὐκ ἐξ ἀδ.* Recte *οὐκ* om. Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΔΠ*. Vind. *Y*. Par. ACEHIL. Zitt Aug. Flor. a. b. c. m.

145. ed. Schaefer. ibique Koen. Hoogevenius de particulis p. 384. Heindorf. ad Phaedon. 115. Hermann. ad Viger. p. 772. Duplex autem hic particularum usus est. Aut enim indicant simpliciter alteram actionem alteram sequi, ut h. l. et infra p. 82. C.; aut praecedenti alicui rei aliam ita annectunt, ut quod postea insecutum sit, id praeter exspectationem evenisse significent; unde saepenumero per tamen interpretandae sunt, ut Gorg. p. 527. D. Protagor. p 341. E. Phaedr. p. 255. A. Andocides p. 18. 5. *ἔχοντες μὲν τὸ σῶμα τοὐμόν, κρατοῦντες δὲ τοῦ βίου καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς εἶτα ἔσωζον.* Xenoph. Cyrop. I. 6, 8. *οἴει τι, ἔφη, ἧττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν, ἢ εἴ τις ἔχων μὲν ἀγρούς, ἔχων δὲ ἐργάτας, οἷς ἂν ἐργάζοιτο, ἔπειτα ἐῴη τὴν γῆν ἀργοῦσαν ἀνωφέλητον εἶναι;*

P. 71. *Ἱκανῶς οὖν — ἔχομεν τοῦτο*] H. e. satisne hoc tenemus. Infra p. 100. D. *τοῦτο — ἔχω παρ' ἐμαυτῷ.* Phileb. p. 30. E. *ἔχω καὶ μάλα ἱκανῶς.* Legg. IV. in *ἔχετε γὰρ ὃ λέγω που.* De Republ. V. p. 477. A. *ἱκανῶς οὖν τοῦτο ἔχομεν —, ὅτι κ. τ. λ.* Theaet. p. 167. B. *ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς;* Alcib. I. p. 110. Aristoph. Avv. 1448. *πάντ' ἔχεις*, omnia tenes.

ἔστι τι τοιόνδε — οἷον μεταξὺ ἀμφ.] H. e. estne aliquid medium inter duo contraria? Quae verba statim explicantur his verbis: *δυοῖν ὄντοιν δύο γενέσεις*, h. e. duplex origo mutua. Docere enim dehinc instituit Socrates omnem mutationem triplici contineri statu. Primus est, ex quo res mutata discedit: secundus, quem res mutata permeat, quem quidem philosophus hoc

ξὺ ἀμφοτέρων πάντων τῶν ἐναντίων δυοῖν ὄντοιν
B δύο γενέσεις, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑτέρου ἐπὶ τὸ ἕτερον, ἀπὸ δ' αὖ τοῦ ἑτέρου πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον; μείζονος μὲν γὰρ πράγματος καὶ ἐλάττονος μεταξὺ αὔξησις καὶ φθίσις, καὶ καλοῦμεν οὕτω τὸ μὲν αὐξάνεσθαι, τὸ δὲ φθίνειν; Ναί, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ διακρίνεσθαι καὶ συγκρίνεσθαι, καὶ ψύχεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι, καὶ πάντα οὕτω, κἂν εἰ μὴ χρώμεθα τοῖς ὀνόμασιν ἐνιαχοῦ, ἀλλ' ἔργῳ γοῦν πανταχοῦ οὕτως ἔχειν ἀναγκαῖον, γίγνεσθαί τε αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γένεσίν τε εἶναι ἐξ ἑκατέρων εἰς ἄλληλα; Πάνυ γ', ἦ δ' ὅς.

C Cap XVI. Τί οὖν; ἔφη, τῷ ζῆν ἔστι τι ἐναντίον, ὥσπερ τῷ ἐγρηγορέναι τὸ καθεύδειν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί; Τὸ τεθνάναι, ἔφη. Οὐκοῦν ἐξ ἀλλήλων τε γίγνεται ταῦτα, εἴπερ ἐναντία ἐστί,

B. μείζονος μὲν γὰρ πρ.] μὲν e Bodl. Tub. Vat Ven. Π. Vind. Φ Par. G. Ambr. Flor. d. additum. In Bodl. a pr. m. et Tub. γὰρ omissum, quod erunt qui non improbent.

εἶναι ἐξ ἑκατέρων εἰς ἄλληλα] Sic Bodl Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ. Par G. Flor. d. Editt. omnes habent εἶναι ἑκατέρου εἰς ἄλληλα. Dein Bodl. Ven. Π. Πάνυ μὲν οὖν.

C. αὐτοῖν μεταξύ] V. αὐτῶν, quod e Bodl. Vat. Tub. Ven. Π. aliis mutatum. Verba καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν Bodl. habet

loco γενέσεως nomine appellavit: tertius est ille, in quem res mutata pervenit. Verissime autem iudicat δυοῖν ὄντοιν esse δύο γενέσεις, hoc est, duorum contrariorum duplicem esse ex se invicem generationem. Veluti, si quis dormit, is ex vigilia transit in somnum. Qui quidem status quum sint contrarii; ille, qui inter hos medius interiectus est, recte duplicis generis esse iudicatur. Aut enim ex vigilia ad somnum transitur, id quod obdormiscere dicimus; aut ex somno ad vigiliam pervenimus, quod expergisci solemus vocare. Sed audias quae Plato ipse de hac re deinceps disputavit.

B. κἂν εἰ μὴ χρώμεθα —] Buttmannus ad Demosthenis Orat. Midianam p. 33. „Voculam ἂν in formula κἂν εἰ proprie pertinere ad alterum post εἰ verbum negari non potest: primaria enim dictionis forma haec est, καὶ εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιοίην, quod in sermone obliquo vel sic efferendum est, δοκῶ μοι, καὶ εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιεῖν, vel sic, κἂν εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ποιεῖν. Iam vero haec formula κἂν εἰ, plane ut Lat. etiamsi, in sermone quotidiano induerat significationem cognatam particulae καίπερ, Lat. quamvis. Quo facto, quoties id, quod protasi contineretur, non ut incertum

καὶ αἱ γενέσεις εἰσὶν αὐτοῖν μεταξὺ δύο δυοῖν ὄντοιν; Πῶς γὰρ οὔ; Τὴν μὲν τοίνυν ἑτέραν συζυγίαν ὧν νῦν δὴ ἔλεγον ἐγώ σοι, ἔφη, ἐρῶ, ὁ Σωκράτης, καὶ αὐτὴν καὶ τὰς γενέσεις· σὺ δέ μοι τὴν ἑτέραν. λέγω δὲ τὸ μὲν καθεύδειν, τὸ δὲ ἐγρηγορέναι, καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν τὸ ἐγρηγορέναι γίγνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ ἐγρηγορέναι τὸ καθεύδειν, καὶ τὰς D *γενέσεις αὐτοῖν τὴν μὲν καταδαρθάνειν εἶναι, τὴν δὲ ἀνεγείρεσθαι. ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ; Πάνυ μὲν οὖν. Λέγε δή μοι καὶ σύ, ἔφη, οὕτω περὶ ζωῆς καὶ θανάτου. οὐκ ἐναντίον μὲν φὴς τῷ ζῆν τὸ τεθνάναι εἶναι; Ἔγωγε. Γίγνεσθαι δὲ ἐξ ἀλλήλων; Ναί. Ἐξ οὖν τοῦ ζῶντος τί τὸ γιγνόμενον; Τὸ τεθνηκός, ἔφη. Τί δαί, ἦ δ' ὅς, ἐκ τοῦ τεθνεῶτος; Ἀναγκαῖον, ἔφη, ὁμολογεῖν, ὅτι τὸ ζῶν. Ἐκ τῶν τεθνεώτων ἄρα, ὦ Κέβης, τὰ ζῶντά*

in marg. adscripta; Tubing. omittit.

D. *ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ;*] V. *ἔφην*, quod e plurimis libris emendatum.

Τί δαί, ἦ δ' ὅς, ἐκ τοῦ τ.] V. *δέ*. Mutavimus cum Coisl. Ven. *Δ*. Par. CHL. Flor. a. b. c. i. m. Antiquum servant Turicc.

τεθνεώτων ἄρα, ὦ K.] *ἄρα εἰσὶν* Bodl. Ven. *Π*. errore manifesto.

esset enuntiandum, in Graeco quidem sermone indicativus in optativi locum succedebat, remanente tamen illo *κἄν*, in quo particula *ἄν* consopita nunc erat. De qua re monuit Heindorf. ad Platon. Sophist. §. 69."

γένεσίν τε εἶναι ἐξ ἑκατέρου] H. e. duplicemque esse ex altero ad alterum transitionem. Sic p. 71. E. *ἐκ τῶν τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς τοὺς ζῶντας*, quorum verborum rationem cur Heindorf. aliam esse iudicaverit, equidem non perspicio. Atque prorsus eodem modo paullo ante scriptum legimus, *δυοῖν ὄντοιν δύο γενέσεις, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑτέρου ἐπὶ τὸ ἕτερον, ἀπὸ δ' αὖ τοῦ ἑτέρου πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον.*

Cap. XVI. C. *καὶ αἱ γενέσεις — δυοῖν ὄντοιν;*] H. e. et rationes, quibus haec gignuntur, duae sunt duobus illis quasi interiectae?

συζυγίαν] i. e. par rerum contrariarum.

σὺ δέ μοι τὴν ἑτέραν] intell. *ἐρεῖς*.

D. *καὶ τὰς γενέσεις — ἀνεγείρεσθαι*] De hac constructione dixit Matth. §. 289. annot. 7.

ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ] Menon. p. 75. B. *ἱκανῶς σοι, ἢ ἄλλως πως ζητεῖς;* Gorg. p. 448. A. *ἐὰν σοί γε ἱκανῶς.*

E τε καὶ οἱ ζῶντες γίγνονται; Φαίνεται, ἔφη. Εἰσὶν
ἄρα, ἔφη, αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ἐν Ἅιδου. Ἔοικεν. Οὐ-
κοῦν καὶ τοῖν γενεσέοιν τοῖν περὶ ταῦτα ἥ γ' ἑτέρα
σαφὴς οὖσα τυγχάνει; τὸ γὰρ ἀποθνήσκειν σαφὲς
δήπου, ἢ οὔ; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Πῶς οὖν, ἦ
δ' ὅς, ποιήσομεν; οὐκ ἀνταποδώσομεν τὴν ἐναντίαν
γένεσιν, ἀλλὰ ταύτῃ χωλὴ ἔσται ἡ φύσις; ἢ ἀνάγ-
κη ἀποδοῦναι τῷ ἀποθνήσκειν ἐναντίαν τινὰ γένε-
σιν; Πάντως που, ἔφη. Τίνα ταύτην; Τὸ ἀνα-
βιώσκεσθαι. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, εἴπερ ἔστι τὸ ἀνα-
βιώσκεσθαι, ἐκ τῶν τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς
72 τοὺς ζῶντας αὕτη, τὸ ἀναβιώσκεσθαι; Πάνυ γε.

E. *τοῖν γενεσέοιν τοῖν*] Sic Coisl. Ξ Π. Vind. Φ. Ambr. Tub. Flor. d. et pr. Bodl. Par. G. Vulgo bis *ταῖν* scribebatur v. ann.

P. 72. *ἱκανόν που ἐδόκει*] Quod vulgo deerat *ἐδόκει*, id restitutum est e Bodl. Vat. Tub. Ven. Π. Vind. Φ. Par. ACG. Ambr. Flor. a. d. i. m.

ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι] *δεῖ* Ven. Ξ. Par. C. Flor. a. d. m. et Ven Π. ex corr., quod requirebat Heindorf. sed v. ann.

E. *Οὐκοῦν καὶ τοῖν γενεσέοιν*] De articulo masculini generis nominibus femininis in numero duali addi solitis hodie res tralaticia. v. Gregor. Corinth. p. 304. Markland. ad Eurip. Supplic. 140. Ernesti ad Xenoph. Mem. II. 3, 18. Matth. §. 280. Pro *γενεσέοιν*, quod libri tuentur omnes, ex praecepto grammaticorum scribendum fuit *γενέσεων*, accentu in syllabam antepaenultimam reiecto. Et videri sane potest in quibusdam libris olim ita scriptum fuisse, quum Paris. et Vatic. a. nostri exhibeant *γενέσεοιν*. Sed vid. Buttmanni Gr. amplior. T. I. p. 193. coll. p. 191.

P. 72. *ἱκανόν που ἐδόκει τεκμήριον εἶναι*] Imperfectum *ἐδόκει* refertur ad ea, quae p. 70. C D. de hac re disputata sunt Deinde pro *ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι* quod coniecit Heindorf. *ὅθεν δεῖ πάλιν γίγνεσθαι*, id etsi in aliquot codd. scriptum legitur, tamen repudiandum censemus. Etenim quum etiam haec in superiore disputatione commemorata sint, necessario oratione obliqua enuntianda fuerunt. Solet autem infinitivus post relativa usurpari, ubi idem re per demonstrativa expressa requiritur. Quod quidem in hunc locum cadit. Nam ubi pro *ὅθεν δὴ* posueris *καὶ ἐκεῖθεν δή*, infinitivo opus esse videbis. Cf. Legg. X. p. 889. A. E. et quae collegit Dobraeus ad Aristoph. Plut. v. 1112. p. 200. ed. Lips.

Cap. XVII. *ὅτι οὐδ' ἀδίκως ὡμολογήκαμεν*] H. e. non temere, non iniuria, non sine causa. Eodem modo etiam *δικαίως λέγειν* est

Ὁμολογεῖται ἄρα ἡμῖν καὶ ταύτῃ τοὺς ζῶντας ἐκ τῶν τεθνεώτων γεγονέναι οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς τεθνεῶτας ἐκ τῶν ζώντων. τούτου δὲ ὄντος ἱκανόν που ἐδόκει τεκμήριον εἶναι, ὅτι ἀναγκαῖον τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναί που, ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι. Δοκεῖ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἀναγκαῖον οὕτως ἔχειν.

Cap. XVII. Ἰδὲ τοίνυν οὕτως, ἔφη, ὦ Κέβης, ὅτι οὐδ' ἀδίκως ὡμολογήκαμεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὡςπερεὶ κύκλῳ περιιόντα, ἀλλ' εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἑτέρου μόνου εἰς τὸ καταντικρὺ B καὶ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον, μηδὲ καμπὴν

Ἰδὲ τοίνυν, ἔφη, ὦ Κ.] τοίνυν οὕτως ἔφη Bodl. Ven. Π. Tub. quod restitui. Pertinet οὕτως ad verba sequentia.

B. καὶ μὴ ἀνακάμπτοι] Ald. Steph. cum Par. E. ἀνακάμπτῃ. Dein Coisl. εἰς τὸ ἕτερον. Pro μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο Coisl. Ven. ΔΞ. Par. HL. Aug. Flor. c. et pr. Vind. Y. Par. G. Flor. μ. κ. ποιοῖ.

recte, non temere dicere, c. XVIII. pro quo c. XX. dicitur ὀρθῶς. — Mox ἀνταποδοῦναι positum est intransitive, de quo usu v. Viger. p. 186. Nam sensus hic est: si res contrariae sibi non ita responderent, ut mutua esset earum origo; si generatio non nisi recta esset et simplex, ut mortis e vita, moriundo, non contra.

B. καὶ μὴ ἀνακ. — καμπὴν ποιοῖτο] Demonstraturus Socrates contraria fieri ex contrariis, ut, si horum alterum gignat alterum, hoc iterum fiat principium alterius, eaque ratione disiuncta quasi in orbem redeant, non autem recta linea procedant, utitur verbis a cursoribus et aurigis desumtis. Dicitur autem ἀνακάμπτειν qui circa metam currum flectit; καμπὴν ποιεῖσθαι vero qui retro deinde stadium recurrit. Etenim exacta una stadii parte currus flectebantur circa metam (καμπτῆρα), quo altera conficeretur. Qualis cursus appellatus est δρόμος ὁ ἐν καμπῇ. Interdum vero decursa tantum una stadii parte currus retro vehebantur, qualis cursus dicebatur δρόμος ἀκάμπτος, ἁπλοῦς, vel etiam εὐθύς. v. Pollux On. III. 147. et Hesychius v. ἀκαμπτόδρομοι. De ipsa hac Platonis sententia conf. Aristot. De gener. et corrupt. Libr. I. 3. et II. c. 10. 11., ubi Stagirites eadem fere in hac caussa usus est argumentatione. Fuit autem omnino pervulgata apud veteres philosophos opinio, qua statuerunt, omnes res perpetuo tamquam in orbem revolvi; de quo v. Gataker. in Anton. p. 167. 301. al.

ποιοῖτο, οἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἂν σχοίη καὶ τὸ αὐτὸ πάθος ἂν πάθοι καὶ παύσαιτο γιγνόμενα; Πῶς λέγεις; ἔφη. Οὐδὲν χαλεπόν, ἦ δ' ὅς, ἐννοῆσαι ὃ λέγω· ἀλλ' οἷον εἰ τὸ καταδαρθάνειν μὲν εἴη, τὸ δ' ἀνεγείρεσθαι μὴ ἀνταποδιδοίη γιγνόμενον ἐκ τοῦ καθεύδοντος, οἶσθ' ὅτι
C τελευτῶντα πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο διὰ τὸ καὶ τἆλλα πάντα ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι, καθεύδειν· κἂν εἰ ξυγκρίνοιτο μὲν πάντα, διακρίνοιτο δὲ μή, ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη, ὁμοῦ πάντα χρήματα. ὡσαύτως δέ, ὦ φίλε Κέβης, καὶ εἰ ἀποθνήσκοι μὲν

τελευτῶντα πάντ' ἂν λ.] ἂν, quod in libris omnibus deest, cum Heindorfio et Bekkero addidi de coniectura Fischeri. Vulgatum nuper tueri conatus est Bernhardy Syntax. p. 409. Sed quem comparavit vir doctus locum Dinarchi contra Philocl. p. 110. extr. εἰδότες, ὅτι μετὰ μὲν δικαιοσύνης ῥᾳδίως ἀμυνούμεθα, — μετὰ δὲ δωροδοκίας — οὐδεμία πόλις σωθείη, is diversi est generis.

τελευτῶντα] tandem; vid. Matth. §. 558. De οἶσθ' ὅτι, h. e facile intelligis et sponte concedis, v. Sophist. p. 235. E. Phaedr. p. 73. D. Men. p. 85. D. 95 D. 96. A. Gorg. p. 486. A. De Rep III. p. 393. D. VI. p. 505. A X p. 605. D. al.

πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε] Recte Stephanus: omnia tandem facerent, ut quae de Endymione dicuntur nugae esse viderentur. Enimvero tum non unus Endymion per longam annorum seriem dormivisse videretur, sed omnia, quae in hac rerum universitate reperiuntur, perpetuo premerentur somno. Dictionem copiose et eleganter illustravit Wyttenbach. ad h. l, cuius exemplis ex ipso Platone addas Sympos. c. 7. ἀποδεῖξαί τινα ἀλλότριαν ὄντα. Phaedr. p. 278. C. τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι. Menex. p. 237. B. ἀποφηναμένη μετοικοῦντας. Sed idem vir doctus quod verba: καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο, vertit: et (omnia) nusquam apparerent, in eo a recta via videtur declinasse, quandoquidem verbi φαίνοιτο subiectum non est πάντα, sed ὁ Ἐνδυμίων, ut bene monuit Heindorf, comparans ille Euthydem. p. 275. B. Nec profecto rara est repentina haec nominativi s. subiecti mutatio. vid. Gorg. p 510. B. Theaet. p. 148. A. Xenoph. Anabas. I. 4, 5. IV. 2, 19. Memorab. II. 2, 14. al. Formulae οὐδαμοῦ φαίνεσθαι, nullo loco numerari, nihili putari, pro nihilo haberi, haec testimonia habeto. Gorg. p. 456. C. οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρόν. Demosthen. de Coron. p. 328. ed. Reisk. ἐν οἷς οὐδαμοῦ σὺ φανήσει, οὐ πρῶτος, οὐ δεύτερος, οὐ τρίτος, οὐ τέταρτος, οὐ πέμπτος, οὐχ

πάντα, ὅσα τοῦ ζῆν μεταλάβοι, ἐπειδὴ δὲ ἀποθάνοι, μένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τὰ τεθνεῶτα καὶ μὴ πάλιν ἀναβιώσκοιτο, ἆρ' οὐ πολλὴ ἀνάγκη τελευτῶντα πάντα τεθνάναι καὶ μηδὲν ζῆν; εἰ γὰρ ἐκ μὲν τῶν ἄλλων τὰ ζῶντα γίγνοιτο, τὰ δὲ ζῶντα D θνήσκοι, τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι; Οὐδὲ μία μοι δοκεῖ, ἔφη ὁ Κέβης, ὦ Σώκρατες, ἀλλά μοι δοκεῖς παντάπασιν ἀληθῆ λέγειν. Ἔστι γάρ, ἔφη, ὦ Κέβης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, παντὸς μᾶλλον οὕτω, καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ταῦτα οὐκ ἐξαπατώμενοι ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' ἔστι τῷ ὄντι καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι καὶ ἐκ τῶν τεθνεώτων τοὺς

καὶ εἰ ἀποθνήσκοι] καὶ om. Bodl. Tub. et pr. *Π*

D. καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ταῦτα] Sic Bodl. Ven. *Π*. Tub. Vett. editt. καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτά.

ἔστι τῷ ὄντι καὶ τ.] Sic Coisl. Vat Tub. Ven. *Π*. Vind *Φ*. Par. GH. Flor. d. Legebatur olim ἔστι καὶ τῷ ὄντι καὶ τ.

ἕκτος, οὐχ ὁποστοσοῦν. Id. de Fals. Legat. p. 376. οὐδαμοῦ γὰρ ἂν φανῆναι καθ' ἑαυτὸν ἐκεῖνον. Plura dabunt Wyttenbach. ad h. l. Bergler. ad Aristoph. Ecclesiaz. 144 — Denique de Endymione v. Cicer. Tusc. I. 38. ibique Davis. Schol. Apollon. Rhod. l. IV. v. 57.

C. ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι, καθεύδειν] Fallitur Dobraeus Adversar. T. I. p. 151. καθεύδειν delendum putans. Prorsus eodem modo p. 73. B. p. 74. A. p. 78. C. p. 68. E.

ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη] Annxagoras Clazomenius putavit omnes quondam res earumque elementa fuisse inter se confusa, sed deinde distincta et digesta a mente. De qua re librum scripserat, cuius hoc erat initium: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε. Diog. Laert. II. 6. ibique Menag. Valcken. Diatr. in Eurip. Fragm. p. 40.

D. καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι] H. e. morte absumi. Quoniam autem τίς μηχανὴ idem est quod οὐδεμία μηχανή, recte μὴ οὐ dicitur, quod solet ita post negationem usurpari. v infra p. 88. A. B. Aeschyl. Prom. 628. Soph. Oed. Tyr. 13. 221. 283. 1065. Eurip. Troad. 792. al. — Deinde οὐδὲ μία noli dictum putare pro οὐδεμία: hoc enim simpliciter significat nulla; illud est ne una quidem, h. e. prorsus nulla. v. infra p. 100. C. et ann. ad Symp. p. 214. D.

καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι] Articulum τὸ pertinere etiam ad seqq. γίγνεσθαι et εἶναι, vix est quod moneamus. De comparativis ἄμεινον et κάκιον v. ad Criton. c. XVI,

ζῶντας γίγνεσθαι καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς
E εἶναι, καὶ ταῖς μέν γ' ἀγαθαῖς ἄμεινον εἶναι, ταῖς δὲ κακαῖς κάκιον.

Cap. XVIII. Καὶ μήν, ἔφη ὁ Κέβης ὑπολαβών, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής ἐστιν, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτον ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχή,
73 πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι· ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ ψυχὴ εἶναι. Ἀλλ', ὦ Κέβης, ἔφη ὁ Σιμμίας ὑπολαβών, ποῖαι τούτων αἱ ἀποδείξεις; ὑπόμνησόν με· οὐ γὰρ σφόδρα ἐν τῷ

ταῖς μέν γ' ἀγαθαῖς] γ' additum e Bodl. Tub. Vat Ven. Π. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d.

E. καὶ κατὰ τοῦτον] V. τοῦτο, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. ΞΠ. Vind. Φ. Ambr. Flor. d. emendstum.

P. 73. ποῖαι τούτων αἱ ἀπ.] ποῖαι εἰσὶ τ. Steph., quod e lectione Ald. ποιῆσαι et Bas. 1. 2. ποῖαι σοι τ. finxisse videtur.

Cap. XVIII. E. Καὶ μήν, ἔφη ὁ Κ. —] Cebes Socrati de iis, quae adhuc disputavit, prorsus sssentiens aliam etiam affert rationem, qua illius sententia confirmari videatur. Quod enim ille docere solebat, omnem scientiam esse recordationem, et totum illud, quod discere homines vocare solerent, nil aliud esse nisi reminisci, id ei videtur esse eiusmodi, quo luculenter demonstrari possit animum in hoc corpus attulisse rerum notitias ideoque viguisse, priusquam homo nasceretur Unde, si vera sunt quae de mutua rerum contrariarum origine disputarunt, sponte consequitur animum esse immortalem. Et huius quidem rationis Socrates deinceps accuratiorem instituit disputationem. De vita animorum superiore et ante vitam hanc terrestrem una cum diis peracta, unde idearum origo a Platone repetitur, v. Phaedrum p. 249. C sqq.

καὶ κατὰ τοῦτον ἂν] Propter longiorem orationis intercapedinem iteratur quod paullo snte dixerst, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ut Menex. p. 237. D. et slibi. Itaque male vulgo τοῦτο scribebatur.

P. 73. ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι —] Res nota est ex Menone p. 81. B. sqq. Ciceron. Tuscul. I. 24., ad quem locum Davisius recensuit patres ecclesiasticos, qui hanc Platonis sententiam refutare studuerunt.

B. ἔπειτα ἐάν τις —] Corruptum esse istud ἔπειτα dubitari non potest. Neque enim novum aliquod argumentum additur, sed res antea paucis (ἐνὶ λόγῳ) exposita exemplo aliquo illustratur. Quocirca haud scio

παρόντι μέμνημαι. Ἑνὶ μὲν λόγῳ, ἔφη ὁ Κέβης, καλλίστῳ, ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι, ἐάν τις καλῶς ἐρωτᾷ, αὐτοὶ λέγουσι πάντα ᾗ ἔχει· καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιήσειν. ἔπειτα ἐάν τις ἐπὶ τὰ διαγράμματα ἄγῃ ἢ ἄλλο τι τῶν B τοιούτων, ἐνταῦθα σαφέστατα κατηγορεῖ, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει. Εἰ δὲ μὴ ταύτῃ γε, ἔφη, πείθει, ὦ Σιμμία, ὁ Σωκράτης, σκέψαι, ἐὰν τῇδέ πῄ σοι σκοπουμένῳ συνδόξῃ. ἀπιστεῖς γὰρ δή, πῶς ἡ καλουμένη μάθησις ἀνάμνησίς ἐστιν; Ἀπιστῶ μὲν ἔγωγε, ἦ δ' ὃς ὁ Σιμμίας, οὔ, αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἔφη, δέομαι παθεῖν, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἀναμνησθῆναι· καὶ σχεδόν γε ἐξ ὧν Κέβης ἐπεχείρησε λέγειν ἤδη μέμνη-

οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιήσειν] Hoc nunc primum e Bodl. Tub. Ven. *Π.* restitui. Legebatur ποιεῖν. v. ann.

B. δέομαι παθεῖν] Libri μαθεῖν. v. ann. Schleiermacherus παθεῖν s. μαθεῖν delendum censet, in quo viro docto non possumus assentiri. Δέομαι ita positum tetigit Schaefer. ad Plutarch. T. V. p. 420.

an cum Heindorfio corrigendum sit ἐπεί τοι. In codd. tamen mss. nullum exstat melioris lectionis vestigium. Respici autem videtur ad Menonis locum p. 81 sqq. Ibi enim Socrates pusionem quendam geometrica quaedam de dimensione quadrati interrogat, ad quae sic ille respondet, ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eo perveniat, quo si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Ceterum infinitivum futuri ποιήσειν ne mireris, conf. ad Remp. V. p. 459. C. et Lobeck. ad Phrynich. p. 748.

κατηγορεῖ] res ipsa ostendit, apparet. v. de hoc usu tertiae personae ad p. 93. B. Nisi forte malueris intelligere ὁ ἄγων ἐπὶ τὰ διαγράμματα. Ceterum διαγράμματα sunt figurae geometricae ut Menon. l. c., quas Cicero descriptiones vocavit.

ἀπιστεῖς γὰρ δή, πῶς ἡ κ αλ.] H. e. dubitas enim, quo modo etc Habet enim ἀπιστεῖν adiunctam dubitationis notionem.

δέομαι παθεῖν, — ἀναμνησθῆναι] Quanquam codices omnes tuentur, quod in vett. editt. scriptum exstat, μαθεῖν, tamen dubium non est, quin cum Serrano παθεῖν legendum sit. Sententia haec est: sed hoc ipsum, de quo sermo est, (h. e. τὴν ἀνάμνησιν), cupio experiri, hoc est, commonefieri a vobis, πῶς ἡ καλουμένη μάθησις ἀνάμνησίς ἐστι. Ludit igitur in verbi ἀναμνησθῆναι ambiguitate. De infinitivo ἀναμνησθῆναι per

μαι καὶ πείθομαι· οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον ἀκούοιμι
C *νῦν, σὺ πῇ ἐπεχείρησας λέγειν. Τῇδε ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. ὁμολογοῦμεν γάρ δήπου, εἴ τίς τι ἀναμνησθήσεται, δεῖν αὐτὸν τοῦτο πρότερόν ποτε ἐπίστασθαι. Πάνυ γε, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, ὅταν ἐπιστήμη παραγίγνηται τρόπῳ τοιούτῳ, ἀνάμνησιν εἶναι; λέγω δὲ τίνα τρόπον; τόνδε· ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν ἢ ἀκούσας ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν*

C. *οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον*] Sic Vat. Vind. Φ. 1. 4. Par. GL. Ambr. Flor. b. d m. et rec. em. Bodl. Coisl. Ven. *Π*. Vett. editt. *οὐδὲν μὲν ἂν ἧττον*.

λέγω δὲ τίνα τρόπον] Vulgo: *λέγω δέ τινα τρόπον τοῦτόν· ἐάν τις κ. τ. κ.* Bodl. Tub Vst. Par. A E. Ambr. Aug. Zitt. alii, *τίνα*: quod restitui. Praeterea *τόνδε* dedi e Bodl. Tub. Ven. *Π*. emendata etiam interpunctione. Ita locum satis expeditum esse arbitramur. Tur. veteri errore servato: *λέγω δέ τινα τρόπον τόνδε*. Wexius Comment. De loco mathem. in Plat. Menon. p. 42. paullo ante scribendum censebat: *τρόπῳ τῳ* (i. e. *τινὶ*) *τοιούτῳ* epexegesin adiecto v. supra c. XVII. B. mox p. 74. A. *τοῦτο προπάσχειν, ἐννοεῖν*. Gorg. p. 505. D.

οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον ἀκούοιμι] Wyttenbachius: „*μέντοι ἂν* est tamen. Tum *ἀκούοιμι* germana vi optativi i. e. optandi accipiendum: nihilo tamen minus audire velim." Erravit vir egregius. Nam *ἂν* non ad *μέντοι*, sed ad *ἀκούοιμι* pertinet, ut recte monuit Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 1015. Quam particulae rationem Heindorf. quum bene perspexisset, Ficini auctoritate deceptus in alium errorem incidit, post *ἧττον* existimans excidisse *ἡδέως*. Nimirum *οὐδὲν ἧττον ἂν ἀκούοιμι* est: nihilo minus audiam, quod prope accedit ad futuri vim et significationem, nisi quod *ὑποθετικῶς* dictum est.

C. *λέγω δὲ τίνα τρόπον; τόνδε·*] H. e. quemnam autem dico modum istum? Qua quaestione proposita continuo ad rei explicationem accedit inde a verbis *τόνδε· ἐάν τις κ. τ. λ.* nimirum huncce; si enim aliquis etc. Prorsus eodem modo De Rep. II. p. 360. E. *τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις; ἥδε·* — *μηδὲν ἀφαιρῶμεν κ. τ. λ.* Solent enim apud Platonem qui disputantes inducuntur haud raro suum ipsi sermonem eiusmodi interrogationibus distinguere. v. Heusdii Specim. Crit. d. 87 et nostra ad Protagor. p 343. B.

ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν] Quod in locum inepti istius et molesti *ἕτερον*, quod vulgo scribebatur, substituimus *πρότερον*, lectionem librorum praestantissimorum, id scrupulum iniecit C. Fr. Hermanno in libro: Abhandlungen und Beiträge zur klassischen Phil. p. 74., qui ne *πρότερον* quidem sententiae convenire arbitratur ideoque voc. plane eiiciendum censet In quo viro praestantissimo minime assentimur. Nam apte interponitur *πρότερον*, ut

λαβὼν μὴ μόνον ἐκεῖνο γνῷ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐννοή-
σῃ, οὗ μὴ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἀλλ' ἄλλη, ἆρ' οὐχὶ
τοῦτο δικαίως λέγομεν ὅτι ἀνεμνήσθη, οὗ τὴν ἔννοιαν
ἔλαβε; Πῶς λέγεις; Οἷον τὰ τοιάδε· ἄλλη που D
ἐπιστήμη ἀνθρώπου καὶ λύρας. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐ-
κοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασταί, ὅταν ἴδωσι λύραν ἢ
ἱμάτιον ἤ τι ἄλλο, οἷς τὰ παιδικὰ αὐτῶν εἴωθε
χρῆσθαι, πάσχουσι τοῦτο· ἔγνωσάν τε τὴν λύραν

τῳ, ut haec esset verborum sententia: quem antem nunc ipsum commemorabam modum, eum hunc dico.

ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. a. d. et supra versum Par. C. in marg. Flor. i. Editt. omnes *ἕτερον* habent loco voc. *πρότερον*, quod vel ob librorum auctoritatem recipiendum fuit. Nec putamus *ἕτερον* recte ab Heindorfio defensum esse eo, quod sit aliquid, quod diversum sit ab alio quodam, ut lyra a domino.

δικαίως λέγομεν] *ἐλέγομεν* Bodl. Ven. *Π.* Tub.

D. *ἤ τι ἄλλο*] Bodl. Ven. *Π.* Vind. *ἄλλο τι.*

significetur, perceptionem rerum, per quas aliam quampiam rem vel personam admoneamur, utique antecedere huius ipsius recordationi. Nihil offenderemus, si scriptum legeretur: *λαβὼν εἶτα μὴ μόνον ἐκεῖνο γνῷ*; quo tamen non opus est.

ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβών] h. e. vel alio sensu perceperit. Infra p. 76. A. *ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβόντα.*

ἆρ' οὐχὶ τοῦτο δ. λ.] intell. *τὸ καὶ ἕτερον ἐννοῆσαι, οὗ μὴ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη.* Non opus videtur, ut scribatur cum Heindorfio *τοῦτον*, quanquam id etiam Heusdio placuit Initt. Plat. Vol. II. P. I. p. 31.

D. *Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασταί* —] Maxim. Tyr. Diss. XVI. 7. p. 185. *ἤδη τις καὶ λύραν ἰδὼν ἐμνήσθη τῶν χρησαμένων τῇ λύρᾳ· κοῦφον γάρ τι χρῆμα ἀνάμνησις καὶ εὔκολον.* Idem. VIII. 10. *αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν ἐρώντων πάθος, οἷς ἥδιστον μὲν θέαμα οἱ τῶν παιδικῶν τύποι, ἡδὺ δὲ εἰς ἀνάμνησιν καὶ λύρα καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ ἐπεγεῖρον τὴν μνήμην τοῦ ἐρωμένου.*

τὰ παιδικά] De uno intelligitur, ut fere semper intelligendum est. Sic in Parmenide ab initio Zeno Eleates narratur fuisse *παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου*: in Lyside §. 3. Ctesippus dicitur *τὰ παιδικὰ ᾄδειν*, quod illic non nisi de uno intelligi potest: in Phaedro p. 292. Lysias *τὰ παιδικὰ* Phaedri audit. Pertinet huc etiam Phaedr. p. 240. A. *ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτ' ἂν γενέσθαι.* — De verbis: *ἔγνωσάν τε τὴν λ. κ. τ. λ.* ἀσυνδέτως additis v. ad Apolog. Socrat. c. VII. et Phaedon, p. 68. E. Aoristi indicant rem identidem vel extemplo fieri solitam. Accuratius paullo post dicitur *πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη*, in quibus verbis istud *πολλάκις* aoristi vim et significationem sa-

καὶ ἐν τῇ διανοίᳳ ἔλαβον τὸ εἶδος τοῦ παιδός, οὗ ἦν ἡ λύρα; τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις· ὥςπερ γε καὶ Σιμμίαν τις ἰδὼν πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη, καὶ ἄλλα που μυρία τοιαῦτ' ἂν εἴη. Μυρία μέντοι νὴ Δί', ἔφη ὁ Σιμμίας. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, τὸ τοιοῦ-
E τον ἀνάμνησίς τίς ἐστι; μάλιστα μέντοι, ὅταν τις τοῦτο πάθῃ περὶ ἐκεῖνα, ἃ ὑπὸ χρόνου καὶ τοῦ μὴ ἐπισκοπεῖν ἤδη ἐπελέληστο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί δέ; ἦ δ' ὅς· ἔστιν ἵππον γεγραμμένον ἰδόντα καὶ λύραν γεγραμμένην ἀνθρώπου ἀναμνησθῆναι, καὶ Σιμμίαν ἰδόντα γεγραμμένον Κέβητος ἀναμνησθῆναι; Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ Σιμμίαν ἰδόντα γε-
74 γραμμένον αὐτοῦ Σιμμίου ἀναμνησθῆναι; Ἔστι μέντοι, ἔφη.

Cap. XIX. Ἆρ' οὖν οὐ κατὰ πάντα ταῦτα ξυμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμοίων, εἶναι

E. ἤδη ἐπελέληστο] Ven. Π. Par. I. ἐπιλέληστο, augmento more Atticorum omisso, conf. p. 68. A. Editt. ante Bekk. ἤδη ἐπελ. Dein Bekk. e Coisl. Vind. Φ. dedit. τί δαί;

P. 74. τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμ.] Steph. cum Par. E. εἶναι τὴν μὲν ἀφ' ὁμοίων, τὴν δὲ καὶ ἀπ' ἀν. Pessime.

οὐ ξύλον λέγω ξύλῳ] Steph. cum Par. E. οὐ ξύλον ξύλῳ λέγω. Dein e Bodl. Vat. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d. et rec. Ven. Π. dedi οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν. Vulgo τι abest. v. ad pag. 65. E.

παρὰ ταῦτα πάντα] Sic Bodl. Tub. Ven. Π. Par. G. Vett. editt. παρὰ πάντα ταῦτα.

tis manifestam reddit. Exempla huius loquendi rationis apposuit ad h. l. Heindorfius. Conferas etiam Legg. IX. p. 855. D. XII. p. 945. D. De Rep. V. p. 462. C. VI. p 495. B. 508. D. Gorg. p. 484. A. Phaedr. p 254. A. Aristoph. Av. 786 sqq.

E. ὑπὸ χρόνου καὶ τοῦ μη ἐπισκ] H. e. propter temporis diuturnitatem et propterea quod etc.

αὐτοῦ Σιμμίου] Simmias ipse pictae eius imagini opponitur. Male igitur codd. nonnulli αὐ τοῦ.

Cap. XIX. τόδε προςπάσχειν, ἐννοεῖν] De hoc infinitivo ἐπεξηγήσεως χάριν subiecto vide ad p. 72. B. ad Apolog. Socrat. c. VII. et ad Criton. p. 45. E. Male Stephanus τὸ ἐννοεῖν scribi volebat

εἴτε τι ἐλλείπει τοῦτο — ἐκείνου] h. e. num hoc, quod ad similitudinem attinet, illo nonnihil de-

δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων; Ξυμβαίνει. Ἀλλ' ὅταν γε
ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἀναμιμνήσκηταί τίς τι, ἆρ' οὐκ
ἀναγκαῖον τόδε προςπάσχειν, ἐννοεῖν, εἴτε τι ἐλλεί-
πει τοῦτο κατὰ τὴν ὁμοιότητα εἴτε μὴ ἐκείνου, οὗ
ἀνεμνήσθη; Ἀνάγκη, ἔφη. Σκόπει δή, ἦ δ' ὅς,
εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει. φαμέν πού τι εἶναι ἴσον, οὐ
ξύλον λέγω ξύλῳ, οὐδὲ λίθον λίθῳ, οὐδ' ἄλλο τι τῶν
τοιούτων οὐδέν, ἀλλὰ παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι,
αὐτὸ τὸ ἴσον· φῶμέν τι εἶναι ἢ μηδέν; Φῶμεν μέν- B
τοι νὴ Δί', ἔφη ὁ Σιμμίας, θαυμαστῶς γε. Ἦ καὶ
ἐπιστάμεθα αὐτὸ ὃ ἔστιν; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Πό-
θεν λαβόντες αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην; ἆρ' οὐκ ἐξ ὧν
νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἢ ξύλα ἢ λίθους ἢ ἄλλ' ἄττα
ἰδόντες ἴσα, ἐκ τούτων ἐκεῖνο ἐνενοήσαμεν, ἕτερον
ὂν τούτων; ἢ οὐχ ἕτερόν σοι φαίνεται; σκόπει δὲ
καὶ τῇδε. ἆρ' οὐ λίθοι μὲν ἴσοι καὶ ξύλα ἐνίοτε
ταὐτὰ ὄντα τοτὲ μὲν ἴσα φαίνεται, τοτὲ δ' οὔ; Πάνυ

B. *Φῶμεν μέντοι*] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Flor. d. Par. G. Ambr. et corr. Coisl. Olim erat: *Φῶμεν τοίνυν.*

αὐτὸ ὃ ἔστιν;] V. *ὃ ἔστιν ἴσον.* Sed *ἴσον* om. a pr. m. in Bodl. Ven. *Π.* et corr. Par. G. Deest item in Tub. et August. Nec dubium est quin ortum sit ex glossemate.

ἰδόντες ἴσα] V. *ἰδόντες τὰ ἴσα.* Recte *τὰ* om Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt.

τοτὲ μὲν ἴσα φαίνεται, τοτὲ δ' οὔ;] Pro *τοτὲ μὲν* et *τοτὲ δ'* Bodl. Ven. *Π.* a pr. m. *τῷ μὲν* et *τῷ δὲ* scriptum habent, quod est etiam in Tub. Dein Coisl. Vind. *Φ.* *Τί δαί;* probante Bekkero.

terius sit. Nam *ἐλλείπειν τί τινος* est aliquo esse in aliqua re inferiorem vel deteriorem. v. Alcibiad. I. p. 122. B. D.

ἀλλὰ παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι] H. e. sed aliud quiddam intelligo ab his omnibus diversum. Politic. p. 295. E. *μὴ ἐξέστω δὴ παρὰ ταῦτα ἕτερα προστάττειν.* De Republ. I. p. 337. E. *δείξω ἑτέραν ἀπόκρισιν παρὰ πάσας ταύτας.* Alia huius generis exempla v. ad 107. A. Mox dicitur *ἕτερον ὂν τούτων.*

αὐτὸ τὸ ἴσον] i. e. ideam et formam aequalitatis animo conceptam. Nam *αὐτὸ* indicat vim et naturam alicuius rei per se consideratae.

B. *θαυμαστῶς γε*] H. e. *σφόδρα.*

πόθεν λαβόντες] sc. *ἐπιστάμεθα*, ut mox p. 76. C.

ἆρ' οὐ λίθοι — τοτὲ δ

μὲν οὖν. Τί δέ; αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισά σοι
C ἐφάνη; ἢ ἡ ἰσότης ἀνισότης; Οὐδεπώποτέ γε, ὦ Σώκρατες. Οὐ ταὐτὸν ἄρ᾽ ἐστὶν, ἦ δ᾽ ὅς, ταῦτά τε τὰ ἴσα καὶ αὐτὸ τὸ ἴσον. Οὐδαμῶς μοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ μὴν ἐκ τούτων γ᾽, ἔφη, τῶν ἴσων, ἑτέρων ὄντων ἐκείνου τοῦ ἴσου, ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην ἐννενόηκάς τε καὶ εἴληφας;

C. ἕως ἂν ἄλλο ἰδὼν] Editt. omnes: ἕως γὰρ ἂν ἄλλο ἰδών. Bodl. et Tub. ἕως ἂν ἄλλο ἰδών, omisso γάρ. Ven. Π. γὰρ ἂν non agnoscit. Extrusimus γάρ eam ob caussam, quam infra exposuimus. Vatt. Flor. d. Zitt. et margo Ven. Ξ. Flor. a. c pro ἕως ἂν habent ὅταν οὖν, quod non amplius probaverim.

εἴτε ὅμοιον εἴτε ἀνόμοιον] V. εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμ., invitis melioribus codicibus.

οὔ;] H. e. annon lapides, qui sunt inter se aequales, atque ligna, itidem inter se aequalia, quanquam sunt eadem, tamen interdum inter se aequalia videntur, interdum non? i. e. nonne res eaedem, quae quidem sub sensus cadunt, modo sic, modo aliter comparatae videntur, quum idea inaequalitatis, quam in animo consignatam habemus, semper eadem maneat nec ullam subeat vicissitudinem? Manifestum arbitror, haec quorsum pertineant. Etenim docet Socrates inter res sub sensus cadentes et inter earum formas in animis consignatas hoc discriminis intercedere, quod illae non praebeant certam cognitionem, hae autem, ut quae semper eaedem maneant nec unquam alio atque alio modo cognoscantur, summam afferant cognitionis constantiam. In qua quidem sententiae ratione nescio cur Heindorf. adeo haeserit, ut neque istud φαίνεται huic loco convenire dixerit, neque reliquorum verborum vim et significationem potuerit perspicere Nam illo φαίνεται, pro quo Heindorf. δοκεῖ requirebat, nihil aptius est in eo loco, in quo de sensuum judicio agitur. Quod autem idem vir doctus post ἐνίοτε parum apte inferri ait τοτὲ μέν — τοτὲ δέ, adeoque eius loco τῷ μέν — τῷ δέ reponendum censet, hoc est eam lectionem, quae neque multorum codicum auctoritate commendatur, et ex intempestiva correctione scioli alicuius originem duxit, id vero est eiusmodi, ut neque caussam habeat satis idoneam, et sententiae rationem funditus evertat. Nam recte dici potuisse: ἐνίοτε — τοτὲ μέν — τοτὲ δέ, cuilibet, opinor, apparebit ex hac verborum interpretatione: annon interdum accidit, ut lapides et ligna sibi aequalia, quanquam eadem sunt, tamen *modo* aequalia, *modo* inaequalia videantur, h. e. sensibus appareant? Denique ista τῷ μέν — τῷ δέ, ubi ad ἴσα cum Heindorf. retuleris, vix habebunt ullam accessionis excusationem, quandoquidem nunc non agitur de variis rationibus, quibus una eademque res et aequalis et inaequalis percipi possit, sed simpliciter exponitur, quae sit rerum corporearum atque idearum mente comprehen-

Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν ἢ ὁμοίου ὄντος τούτοις ἢ ἀνομοίου; Πάνυ γε. Διαφέρει δέ γε, ἦ δ' ὅς, οὐδέν· ἕως ἂν ἄλλο ἰδὼν ἀπὸ ταύτης τῆς ὄψεως ἄλλο ἐννοήσῃς, εἴτε ὅμοιον εἴτε ἀνόμοιον, ἀναγ- D
καῖον, ἔφη, αὐτὸ ἀνάμνησιν γεγονέναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δὲ τόδ'; ἦ δ' ὅς. ἦ πάσχομέν τι τοιοῦτον περὶ τὰ ἐν τοῖς ξύλοις τε καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν

D. *Τί δαὶ τόδ';*] *τόδ'* om. Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Flor. d. Pro *δαὶ* Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *ΑΠ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Florentini *δὲ* praebuerunt.

καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις] Vett. editt. *ἐν τοῖς ἴσοις.* Sed recte Heind. *ἐν* delendum censuit, ut habent Ven. *Υ.* ex corr. Vat. Flor. a. d. m. Zitt. *ἐλέγομεν ἴσως,* om. *ἐν τοῖς.*

sarum diversitas ad veritatis cognitionem.

αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισα] Dicitur *αὐτὰ τὰ ἴσα* pro *αὐτὸ τὸ ἴσον*, h. e. idea aequalitatis, quia transitus a plurali numero ad singularem *ἡ ἰσότης* huiusmodi rationem paene flagitat. Res enim per se aequales, quae opponuntur lapidibus et lignis aequalibus, non aliae intelliguntur, nisi illud ipsum, quod per se aequale est, h. e. aequalitatis forma et species. Recte autem plurali numero uti potuit *εἰς τοὺς πολλοὺς ἀποβλέπων νόας, ὧν ἐν ἑκάστῳ τὸ αὐτὸ ἴσον*, quae sunt verba Olympiodori ad h. l. Schleiermacher., qui *αὐτὰ τὰ ἴσα* pro *αὐτὸ τὸ ἴσον* recte dici posse negat, legendum suspicatur: *Τί δέ; αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισά σοι ἐφάνη· ἢ καὶ ἡ ἰσότης ἀνισότης;* Sed istam repetitionem, quae inest in verbis *τί δέ; — ἐφάνη*, vereor ne aegre laturi sint quicunque accuratius consideraverint orationis tenorem et cohaerentiam.

C. *Οὐ ταὐτὸν ἄρ' — ταῦτά τε τὰ ἴσα*] In his *ταῦτα τὰ ἴσα* dictum est *δεικτικῶς* de rebus sub sensus cadentibus. De quo usu pronominis demonstrativi diximus ad p. 75. E. Sic proxime *ἐκ τούτων — τῶν ἴσων.*

ἕως ἂν ἄλλο ἰδὼν —] Nihil, inquit, refert, utrum id hoc an illo modo fiat. Quamdiu (i. e. dummodo) *enim* aliud quid conspicatus propter hunc ipsum adspectum aliud quid mente tua conceperis sive simile illud alteri sive dissimile, prorsus necesse est recordationem extitisse. De *γάρ* in sententia epexegetica usitate omisso v. Phileb. p. 12. E. 31. B. 46. A. 52 E 63. A. Politic. 257. C. 268. E. 291. D 296. E. 297. A. Prot. 343. D. Gorg 450. A. 459. B. al. De *ἕως ἂν* autem ita usurpato contulisse iuvabit Cratyl. p. 393. D. *οὐδὲν πρᾶγμα* (nihil refert), — *ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ ἡ οὐσία κ. τ. λ.* Ibid. p. 393. E. *ἕως ἂν αὐτοῦ δηλουμένην τὴν δύναμιν ἐντιθῶμεν, ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνο τὸ ὄνομα.* Ibid. p. 432. E. Polit. p. 293. B. D. De Rep. X. p. 610. B. Xenoph. Cyrop. V. 2, 11.

D *αὐτὸ ἀνάμ. γεγονέναι*] *αὐτό* i. e. *τὸ ἄλλο ἰδόντα — ἄλλο νοῆσαι.*

τοῖς ἴσοις; ἆρα φαίνεται ἡμῖν οὕτως ἴσα εἶναι, ὥςπερ αὐτὸ τὸ ὅ ἔστιν ἴσον, ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιαῦτα εἶναι, οἷον τὸ ἴσον, ἢ οὐδέν; Καὶ πολύ γε, ἔφη, ἐνδεῖ. Οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν, ὅταν τίς τι ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλο τι τῶν ὄντων, ἐνδεῖ δὲ
E καὶ οὐ δύναται τοιοῦτον εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐστὶ φαυλότερον, ἀναγκαῖόν που τὸν τοῦτο ἐννοοῦντα τυχεῖν προειδότα ἐκεῖνο, ᾧ φησιν αὐτὸ προςεοικέναι μέν, ἐνδεεστέρως δὲ ἔχειν; Ἀνάγκη. Τί οὖν; τὸ τοιοῦτον πεπόνθαμεν καὶ ἡμεῖς, ἢ οὔ, περί τε

ὥςπερ αὐτὸ τὸ ὅ ἔστιν ἴσον] Articulus τὸ in editt. omnibus deest. Vat. Vind. Φ. Ven. Ξ. et corr. Vind. Y. αὐτὸ τὸ ᾧ ἔστιν. Ven. Π. (teste Bastio) et Par. G. αὐτὸ τὸ ὅ ἐστιν. Voc. ἴσον om. Bodl. Tub. Ven. Π.

ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τ. εἶναι] Editt. omnes: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι Bodl. et pr. m. Ven. Π. ἢ ἐνδεῖ τῷ ἐκείνου τῷ τοιοῦτον. Zitt. ἢ ἐνδεῖ τῷ ἐκεῖ τῷ μή τ. εἶναι. Voc. μὴ ante τοιοῦτον εἶναι om. etiam Tub. Aug. Vindobonenses, Flor. b. i. Coisl. Ven. ΛΞ. Par. EGHIL. Ambr. In Vat. et Flor. d. scriptum: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον αὐτὰ εἶναι. Ven. Π.

ἆρα φαίνεται — ὅ ἔστιν ἴσον;] Continent haec quoque explicationem eorum, quae proxime antecedunt: ἢ πάσχομέν τι — τοῖς ἴσοις; unde more loquendi pervulgato ἀσυνδέτως adiecta sunt. Quod ex codd. recepimus ὥςπερ αὐτὸ τὸ ὅ ἔστιν, quum vulgo τὸ abesset, de eo v. annot. ad p. 75. B.

ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τ.] Locum admodum salebrosum nunc tandem videmur ita perpurgavisse, nihil ut difficultatis amplius in eo relictum sit. Nam pro vulg. τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι refinximus: τῷ μὴ τοιαῦτα εἶναι, quorsum perduxit ipsa librorum scriptura, qui partim τοιοῦτον αὐτὰ partim τοιοῦτον ταῦτα offerunt. Plane eodem modo mox p. 75 B. προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα. Ita vero sententiam apparet existere commodissimam hancce: num nobis ita videntur esse aequalia, uti *ipsum aequale* (idea aequalitatis), an ea (τὰ ἴσα) aliqua parte (τι) illo deteriora sunt (ἐνδεῖ ἐκείνου, illo deficitur) *eo quod* non sunt talia, quale est ipsum aequale (non ad ideae perfectionem ac praestantiam accedunt). Heindorfius eiecto μή corrigebat: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκεῖνα τοῦ τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ ἴσον.

ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο] Verba βούλεσθαι et ἐθέλειν etiam de rebus inanimatis usurpari docuerunt interpp. ad Gregor. Corinth. p. 135 sq. et ad Viger. p. 736.

E. *τὸν τοῦτο ἐννοοῦντα*] Quod antea dixerat ὅταν τις — ἐννοήσῃ, id nunc parenthesi ab-

τὰ ἴσα καὶ αὐτὸ τὸ ἴσον; Παντάπασί γε. Ἀναγκαῖον ἄρα ἡμᾶς προειδέναι τὸ ἴσον πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ὅτε τὸ πρῶτον ἰδόντες τὰ ἴσα ἐνενοήσαμεν, 75 *ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτ' εἶναι οἷον τὸ ἴσον, ἔχει δὲ ἐνδεεστέρως. Ἔστι ταῦτα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, μὴ ἄλλοθεν αὐτὸ ἐννενοηκέναι, μηδὲ δυνατὸν εἶναι ἐννοῆσαι, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ ἰδεῖν ἢ ἅψασθαι ἢ ἔκ τινος ἄλλης τῶν αἰσθήσεων· ταὐτὸν δὲ πάντα ταῦτα λέγω. Ταὐτὸν γάρ ἐστιν, ὦ Σώκρατες, πρός γε ὃ βούλεται δηλῶσαι ὁ λόγος. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων ἰδεῖ ἐννοῆσαι, ὅτι πάντα τὰ ἐν*

corr. *τῷ μὴ τοιοῦτον ταῦτα εἶναι.* v. infra.

Καὶ πολύ γε] *καὶ* vulgo neglectum codd. optimi atque plurimi firmant.

E. *οἷον ἐκεῖνο*] Libri *ἴσον οἷον ἐκεῖνο.* Recte Mudgius, Fischerus, Wyttenbachius, Heindorf. Bekker. *ἴσον* delendum censuerunt.

τὸ τοιοῦτον πεπ.] *τὸ* om. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Tub. Flor. d. Recte fortasse. conf. ad Remp. VII. p. 536. B. Sympos. p. 175. B.

P. 75 *ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων*] Bodl. Ven. *Π.* Tub. *τε.*

soluta iterat, more admodum frequenti.

ἐνδεεστέρως δὲ ἔχειν] i. e. *οὗ δὲ ἐνδ. ἔχειν φησί.* v. p. 65. A. p. 82. D. coll. Matth. §. 428. 2. — Ceterum post *ἀναγκαῖόν που* intelligas *εἶναι,* ut p. 111. A. Legg. IX. p. 872. E. quae ellipsis paullo rarior est. Nisi forte malueris orationem putare *ἀνακόλουθον.*

P. 75. *ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτ' εἶναι*] h. e. haec omnia (*τὰ ἴσα*) appetere ipsi aequalitatis formae fieri similia, nec tamen fieri posse. Quum enim ex sententia Platonis res sensibus subiectae ad aeternarum formarum, quas *ἰδέας* appellavit, exemplum expressae sint, illae nunc dicuntur ad harum virtutem et praestantiam quasi contendere et pervenire studere, nec tamen propter naturae suae imbecillitatem unquam illam assequi. Idem mox B. significatur verbis, *ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα,* quae Stephanum videntur movisse, ut etiam hic scribendum putaret *πάντα τοιαῦτ' εἶναι.*

ταὐτὸν δὲ πάντα ταῦτα λέγω] h. e. nihil autem discriminis dico in his sensibus inesse ad illud, quod docere nunc institui; omnia enim eodem redire arbitror, sive oculis, sive tactu, sive alio sensu aliquid percipias. Cuius interpretationis veritatem testantur quae proxime deinceps adduntur.

πρός γε ὃ βούλεται δ.] i. e. *πρὸς τοῦτο ὃ βούλεται δ.* quod attinet ad id quod —.

B. *τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον*] h. e. *τοῦ ὄντως ἴσου ὄντος* ideae aequalitatis. Infra p. 92.

B ταῖς αἰσθήσεσιν ἐκείνου τε ὀρέγεται τοῦ ὅ ἐστιν
ἴσον, καὶ αὐτοῦ ἐνδεέστερά ἐστιν. ἢ πῶς λέγομεν;
Οὕτως. Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι ἡμᾶς ὁρᾶν καὶ
ἀκούειν καὶ τἆλλα αἰσθάνεσθαι τυχεῖν ἔδει που εἰλη-
φότας ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἴσου, ὅ τι ἔστιν, εἰ
ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν,
ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖ-
νο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα. Ἀνάγκη ἐκ τῶν
προειρημένων, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν γενόμενοι εὐθὺς
ἑωρῶμέν τε καὶ ἠκούομεν καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις
C εἴχομεν; Πάνυ γε. Ἔδει δέ γε, φαμέν, πρὸ τού-
των τὴν τοῦ ἴσου ἐπιστήμην εἰληφέναι; Ναί. Πρὶν

B. *τοῦ ὅ ἐστιν ἴσον*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. 1. 4. 6. (*Φ*) 8. Par. CG. Ambr. Flor. a. c. d. m. et corr. Coisl. Male vett. editt. *τοῦθ' ὅ ἐστιν ἴσον*.

ἢ πῶς λέγομεν;] V. *λέγωμεν*, invitis codicibus. Sensus est: an quomodo iudicamus s. censemus. v. Heindorf. ad Gorg. § 78. coll. Sympos. p. 214. A. Gorg. p. 455. A. p. 505. C. p. 480. B. Reip. II. p. 377. E. VII p. 530. V. p. 461. E al.

Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. i. et corr. Coisl. Inepte vett. editt. *πρὸ γὰρ τοῦ*. Aug. *πρὸ ἄρα τοῦ*: unde lectio vulgata duxit

E. *ἡ οὐσία ἡ ἔχουσα τὴν ἐπωνυμίαν τὴν τοῦ ὅ ἐστι*. Mox C. dicitur *οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὅ ἐστι*. De Rep. X p. 597. A. *τοῦτ' ὅ ἐστι κλίνη*. De usu articuli ante relativa v Legg. IV. p. 714. E. *ἐστι τοῦτο ἐν ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων ἀρχῆς πέρι. — Ποίων δή; — Τῶν ἃ τότε ἐπεσκοποῦμεν*. Phileb. p. 37. A *καὶ τό γε ᾧ τὸ ἡδόμενον ἥδεται*. Ibid. B. *περὶ τὸ ἐφ' ᾧ λυπεῖται*. v. Matth. §. 287. I. Heindorf. ad Crat. p. 21. Atque ex his intelligitur sponte, unde nata sit vitiosa vett. editt. lectio *τοῦθ' ὅ ἐστιν ἴσον*.

τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα] Antea dicebatur *τὰ ἐν αἰσθήσεσιν*. Sed hoc loco *ἐκ τ. αἰσθ.* scriptum propter verbum *ἀνοίσειν*. v. ad cap I. init. p. 58. A., ubi legimus: *οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε*, et quae dicemus ad p. 76. D Formula *ἐκεῖσε ἀναφέρειν* in eadem re ponitur De Rep. VI. p. 484. C. Pollet autem ea vi, ut sit *ἀναφέροντας ἐνθυμεῖσθαι*: unde dein *ὅτι* subiicitur.

γενόμενοι εὐθύς] statim ut nati eramus. vid. p. 70. A. c. XIV.

C. *πρὸ τούτων τὴν τοῦ ἴσου* —] scil. priusquam corporis sensibus uteremur.

Cap. XX. *Οὐκοῦν εἰ μὲν λ. — ἔχοντες ἐγενόμεθα*] In his ad *ἔχοντες* iterum intelligendum est *αὐτήν*.

καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι] tum ante ortum nostrum, tum statim ut nati eramus.

ξύμπαντα τὰ τοιαῦτα] h. e. omnium rerum formas ac species.

γενέσθαι ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη ἡμῖν αὐτὴν εἰλη-
φέναι. Ἔοικεν.

Cap. XX. Οὐκοῦν εἰ μὲν λαβόντες αὐτὴν πρὸ
τοῦ γενέσθαι ἔχοντες ἐγενόμεθα, ἠπιστάμεθα καὶ
πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι οὐ μόνον τὸ
ἴσον καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ καὶ ξύμ-
παντα τὰ τοιαῦτα; οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λό-
γος ἡμῖν μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ
καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου καὶ ὁσίου, καί,
ὅπερ λέγω, περὶ ἁπάντων οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦ- D
το, ὃ ἔστι, καὶ ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν ἐρωτῶντες καὶ ἐν
ταῖς ἀποκρίσεσιν ἀποκρινόμενοι. ὥςτε ἀναγκαῖον ἡμῖν
εἶναι τούτων ἁπάντων τὰς ἐπιστήμας πρὸ τοῦ γενέ-
σθαι εἰληφέναι. Ἔστι ταῦτα. Καὶ εἰ μέν γε λα-

originem. Dein vett. editt. ἢ ἀκούειν, quod e Bodl. Ven. *Π*. Tub. mutatum.

πάντα τοιαῦτα εἶναι] V. πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι. Articulum praeeunte Bekkero abieci auctoritate Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr.

C. *πρὸ τούτων*] τούτου Vat. Par. G. Flor. d. quod in Bodl. superscriptum.

μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τ. κ.] Advertas hoc καί, quod interponitur eodem modo, quo usurpatur in hac dictione: ὥςπερ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν, οὕτω καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ. De formula: ὅπερ λέγω, v. p. 58 C. c. III. et ad Apolog. Socrat. p 21. A. Denique ne mireris articulum ante δικαίου καὶ ὁσίου non esse iteratum, eodem modo Gorg. p. 459 D. καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν. Ibid. p 460. E. p. 488. C p. 498. C. Alcibiad I. p. 117. A. ubi v. ann. Legg. X p. 896 D.

D. *οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι*] h. e. quibus τῆς οὐσίας signum imprimimus, quae nomine essentiae insignimus. Politic. p. 258. C. δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀνευρεῖν, καὶ χωρὶς ἀφελόντας ἀπὸ τῶν ἄλλων ἰδέαν αὐτῇ μίαν ἐπισφραγίζεσθαι. Phileb. p 26. D. καίτοι πολλά γε καὶ τὸ ἄπειρον παρέσχετο γένη, ὅμως δ' ἐπισφραγισθέντα τῷ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐναντίου γένει ἓν ἐφάνη.

ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι] P. 78. D. ἡ οὐσία, ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι καὶ ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι, i. e. διαλεγόμενοι Theaetet. p. 146. C. ἐμὲ καὶ σὲ δεῖ ἐρωτῶντάς τε καὶ ἀποκρινομένους ἀλλήλοις σπουδάσαι αὐτοῦ περὶ τὸν λόγον. Criton p 50. C. Lachet p. 187. C. De Rep. VII. p. 534. D

Καὶ εἰ μέν γε λαβόντες — εἰδέναι] Dixerat supra, εἰ λαβόντες ταύτην τὴν ἐπιστήμην πρὸ τοῦ γενέσθαι ἔχοντες ἐγενόμεθα, ἠπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι.

βόντες μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελήσμεθα, εἰδότας ἀεὶ γίγνε-
σθαι καὶ ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι· τὸ γὰρ εἰδέναι τοῦτ'
ἐστί, λαβόντα του ἐπιστήμην ἔχειν καὶ μὴ ἀπολωλε-
κέναι. ἢ οὐ τοῦτο λήθην λέγομεν, ὦ Σιμμία, ἐπι-
E στήμης ἀποβολήν; Πάντως δήπου, ἔφη, ὦ Σώκρα-
τες. Εἰ δέ γε, οἶμαι, λαβόντες πρὶν γενέσθαι γι-
γνόμενοι ἀπωλέσαμεν, ὕστερον δὲ ταῖς αἰσθήσεσι
χρώμενοι περὶ ταῦτα ἐκείνας ἀναλαμβάνομεν τὰς ἐπι-
στήμας, ἅς ποτε καὶ πρὶν εἴχομεν, ἆρ' οὐχ ὃ κα-

Cap. XX. D. *μὴ ἑκάστοτε*] ἑκάστοτε μὴ Bodl. in marg. Ven. *Π*. Tub. Dein ἐπελελήσμεθα Vat. Vind. ΦΥ. Par. AC. Ambr. Aug. Flor. c. Zitt. quod recepit Fischer. v. annot.

εἰδότας ἀεὶ γ.] Sic Coisl. Ven. *Π*. Par. ACG. Flor. a. c. d m. et a pr. m. Bodl. Par. H. a sec. m. Tub. Flor. b. Vulgo εἰδότες.

λήθην λέγομεν, ὦ Σ.] Vulgo ὦ Σ. deerat, quod optimi libri omnes tuentur. Dein Παντελῶς Vat. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d et in marg. Bodl.

Quam quidem sententiam nunc persequitur diligentius. Et alterum quidem illud, quod, antequam nascamur, idearum habere videamur cognitionem, demum attingit verbis: ὥστε ἀναγκαῖον — πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι. Alterum autem, quod nec nati illam scientiam amittamus, nisi oblivione quadam ingruente, id vero hac enuntiatione uberius explicat. Nam sententia verborum haec est: Ac necessarium etiam est, ut illam scientiam et in ortu nostro semper retineamus et per totam vitam meminerimus, nisi, postquam illam accepimus, eiusdem semper (jedesmal) obliti sumus: h. e nisi deinde aliquo tempore nos invasit eius oblivio. Etenim haec, εἰ μέν γε λαβόντες μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελήσμεθα, idem significant, quod εἰ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰλήφαμεν οὕτως, ὥστε μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελῆσθαι, ita ut proximae conclusionis rationem quasi repetant, accedente tamen notione scientiae firmitatis et constantiae. Ponit autem deinde philosophus amitti idearum cognitionem utique inter nascendum solere, ideoque scientiam rerum omnem recordatione contineri. Vides igitur nihil turbare ordinem argumentationis, quem Heindorf restituisse sibi videbatur corrigendo: καὶ εἰ μέν γε λαβόντες μὴ ἑκάστοτε γιγνόμενοι ἐπιλελήσμεθα, εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι κ. τ. λ. Idem vir doctus ex cod. Aug. ἐπελελήσμεθα malebat, ac deinceps εἰδότας ἂν γίγνεσθαι. — De formula ἀεὶ διὰ βίου v. Heindorf. ad h. l. et quae collegi ad Phileb. p. 21. B. — Statim post Suidas s. v. εἴδησις exhibet haec: τοῦτ' ἐστί, τὸ λαβόντα — μὴ ἀπολωλεκέναι. Sed articulo non opus esse docebunt ea, quae ad p. 64. C. annotavimus. Definitionem oblivionis paullo aliam videas Phileb. p. 34. A., ubi plura de hac re diximus. Sympos. c. XXVI.

λοῦμεν μανθάνειν οἰκείαν ἐπιστήμην ἀναλαμβάνειν
ἂν εἴη; τοῦτο δέ που ἀναμιμνήσκεσθαι λέγοντες ὀρ-
θῶς ἂν λέγοιμεν; Πάνυ γε. Δυνατὸν γὰρ δὴ τοῦ-
τό γ' ἐφάνη, αἰσθόμενόν τι ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα 76
ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβόντα ἕτερόν τι ἀπὸ τού-
του ἐννοῆσαι ὃ ἐπελέληστο, ᾧ τοῦτο ἐπλησίαζεν ἀνό-
μοιον ὄν, ἢ ᾧ ὅμοιον. ὥςτε, ὅπερ λέγω, δυοῖν θά-
τερον, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπι-
στάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον, οὓς φαμεν

E. *χρώμενοι περὶ ταῦτα*] Male vett. editt. *αὐτά*, quod e Vat. Vind 1. 5. 6. Par. G. Ambr. et marg. Bodl. correctum.
οἰκείαν ἐπ. ἀναλ. ἂν εἴη;] *ἂν* vulgo post *οἰκείαν* interpositum auctoritate Bodl. Vat Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Tub. ante *εἴη* collocavi. Ambr. post *ἐπιστήμην* ponit.
P. 76. *ὃ ἐπελέληστο*] *ἐπιλέλησται* Vind. Ambr. *ἐπιλέληστο* Zitt. Ven. *Π*. v. p. 68. A. 73. E ann. crit.
ἤτοι ἐπιστάμενοί γε] Heind. Bekker. et Turr. invitis codd. *τε* correxerunt. sed v. ann. Tub. *γε* om.

λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἔξοδος. Nemes. de Nat. Homin. p. 202. ed. Matth. *λήθη δ' ἐστὶ μνήμης ἀποβολή*.

E. *ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενοι περὶ ταῦτα —*] Perperam vulgo *αὐτά*. Recte codd. optimi *ταῦτα*, quod dictum est *δεικτικῶς* de rebus sensibus subiectis, usu apud Platonem haudquaquam infrequenti. Phileb. p. 58. E. *καὶ ὅσαι (τέχναι) περὶ ταῦτα πεπόνηνται*. Phaedr. p. 250. A. *ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ (ψυχῇ)*, quos locos comparavit Heindorf. v. etiam nostra ad Phileb. l. c.

P. 76. *Δυνατὸν γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἐφάνη —*] Sensus est: nam fieri sane posse videbatur antea, ut quis vel oculis vel auribus vel alio quodam sensu aliquid perciperet, et simul mente sua conciperet notionem rei, ab illa, quam sensibus percepit, diversae, cuius oblitus erat, quae huic coniuncta erat vel dissimilitudine vel similitudine sua: veluti lyrae, quum videt amasium; Cebetis, quum Simmiam; lyrae amasii, quum lyram pictam.

ἤτοι ἐπιστάμενοί γε — ἢ ὕστερον] Non video caussam idoneam, cur Heindorf. et Bekker. *γε* in *τε* mutarint. Usurpatur enim *ἤτοι — γε — ἤ*, ubi prius membrum enuntiati disiunctivi gravius quid continet ideoque fortius extollitur, ut quum nos dicimus: entweder gar — oder. Sic Protagor. p. 331. B. *ὅτι ἤτοι ταὐτόν γέ ἐστιν δικαιότης ὁσιότητι ἢ ὅ τι ὁμοιότατον*, ubi manifesto *ταὐτὸν εἶναι* plus est quam *ὁμοιότατον εἶναι*. Apolog. Socrat. p. 27. C. *τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα εἶναι ἢ θεῶν παῖδας*; ubi v. annot. Sed plura huius usus exempla collegit Elmsleius ad Eurip. Med. 1263.

διὰ βίου πάντες] Quod Forsterus ex antiqua huius

μανθάνειν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται οὗτοι, καὶ ἡ μάθησις ἀνάμνησις ἂν εἴη. Καὶ μάλα δὴ οὕτως ἔχει, ὦ Σώκρατες.

Cap. XXI. Πότερον οὖν αἱρεῖ, ὦ Σιμμία; ἐπισταμένους ἡμᾶς γεγονέναι, ἢ ἀναμιμνήσκεσθαι
B ὕστερον ὧν πρότερον ἐπιστήμην εἰληφότες ἦμεν; Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ παρόντι ἑλέσθαι. Τί δέ; τόδε ἔχεις ἑλέσθαι, καὶ πῇ σοι δοκεῖ περὶ αὐτοῦ; ἀνὴρ ἐπιστάμενος περὶ ὧν ἐπίσταται ἔχοι ἂν δοῦναι λόγον, ἢ οὔ; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Ἦ καὶ δοκοῦσί σοι πάντες ἔχειν διδόναι λόγον περὶ τούτων, ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν; Βουλοίμην μέντ' ἄν, ἔφη ὁ Σιμμίας· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον φοβοῦμαι, μὴ αὔριον τηνικάδε οὐκέτι ᾖ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀξίως
C οἷός τε τοῦτο ποιῆσαι. Οὐκ ἄρα δοκοῦσί σοι ἐπίστασθαί γε, ἔφη, ὦ Σιμμία, πάντες αὐτά; Οὐδα-

Cap. XXI. B. *τόδε ἔχεις ἑλέσθαι;*] τόδε restitutum e Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. 1. 4. Flor. d. Restituendum coniecerat Heindorf.

C. *ἅ ποτε ἔμαθον*] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Ambr. Flor. d. Vulgo ποτὲ ἃ ἔμαθον.

τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν] αὐτῶν, quod vett. editt. omittunt, e Bodl Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. restitutum.

ἅμα γιγνόμ. λαμβ.] ἅμα e Vat. Ven. *Φ*. Par. AC. Ambr.

libri interpretatione, qua usus est, protulit παντός, id vulgatae lectioni haud cunctanter praeferrem, si in codd. mssptis esset repertum. Nam respicitur ad superiora p. 75. D. εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι: ubi quod dicitur ἀεὶ διὰ βίου, id nunc est διὰ βίου παντός. Neque offendere possit verborum collocatio, de qua alibi explicavimus. Sed quum πάντες tueantur libri omnes, atque haec: ἤτοι — πάντες; et ἢ — οὕς φαμεν μανθάνειν — οὗτοι —, inter se opponantur, retinendam censemus veterem lectionem.

οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται] Post οὐδὲν ἄλλο intell. ποιοῦσι. v. Fischer. ad h. l. Zeune ad Cyrop. I. 6, 39. Matth. §. 635. 8.

Cap. XXI. C. *Οὐκ ἄρα δοκοῦσι — πάντες αὐτά*] Videlicet περὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, quod facile ex superioribus intelligas. Cogitandum autem de idea pulcri, boni etc.

εἰ μὴ ἄρα ἅμα γιγνόμ.] h. e. nisi forte inter nascendum illam scientiam accipimus. Perperam vulgo ἅμα omissum.

D. *ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ*] Scil. nisi eodem illo tempore, quo nascimur. Nam argumentatio haec est; non pos-

μῶς. Ἀναμιμνήσκονται ἄρα ἅ ποτε ἔμαθον; Ἀνάγκη. Πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἀφ' οὗ γε ἄνθρωποι γεγόναμεν. Οὐ δῆτα. Πρότερον ἄρα. Ναί. Ἦσαν ἄρα, ὦ Σιμμία, αἱ ψυχαὶ καὶ πρότερον, πρὶν εἶναι ἐν ἀνθρώπου εἴδει, χωρὶς σωμάτων, καὶ φρόνησιν εἶχον. Εἰ μὴ ἄρα ἅμα γιγνόμενοι λαμβάνομεν, ὦ Σώκρατες, ταύτας τὰς ἐπιστήμας· οὗτος γὰρ λείπεται ἔτι ὁ χρόνος. Εἶεν, ὦ ἑταῖρε· ἀπόλλυμεν δὲ αὐτὰς ἐν D *ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ; οὐ γὰρ δὴ ἔχοντές γε αὐτὰς γιγνόμεθα, ὡς ἄρτι ὡμολογήσαμεν. ἢ ἐν τούτῳ ἀπόλλυμεν, ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν; ἢ ἔχεις ἄλλον τινὰ εἰπεῖν χρόνον; Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐδὲν εἰπών.*

Cap. XXII. *Ἆρ' οὖν οὕτως, ἔφη, ἔχει ἡμῖν, ὦ Σιμμία; εἰ μὲν ἔστιν ἃ θρυλοῦμεν ἀεί, καλόν τε*

Flor. a. c. m. et rec. Ven. *Π.* revocatum est. Vett. enim editt. ignorant.

D. *ᾧπερ καὶ λ.*] Hic *ἐν* ante *ᾧπερ* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Flor. d. iterant, dederuntque illud Bekker. et Turr. Non sum ausus suscipere. v. ann.

Cap. XXII. *ἃ θρυλοῦμεν ἀεί*] Hanc scripturam confirmant Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. CH Legebatur *θρυλλοῦμεν.*

καλόν τε καὶ ἀγαθόν] Sic Ven. *Π.* Tub. Aug. et a pr. m. Bodl. Vulgo *καλόν τέ τι καὶ ἀγ.* conf. p. 77. A.

sumus, inquit, istas notiones nascentes accipere, quia easdem nascentes perdimus: neque enim aliud tempus inveniri potest, quo eas perdamus.

Οὐκοῦν εὐδαιμ. — καὶ τούτων] vel horum, qui non studuerunt animum suum a rebus terrenis abstrahere. De populari et civili virtute gradum obtinente vide inferiorem ann. ad p. 68. C. Praeterea audias Wyttenbachium. Mirum accidit, inquit, hos popularis et civilis studiosos adiungi istis vitiosis et flagitiosis et in commune genus *τῶν φαύλων* p. 81. D. nominatum poni: qui omnes, sive meliores sive peiores, distinguuntur a philosophis mox §phi seq. initio. Haec postea distinctio a Stoicis maxime celebrata est, omnes non *σοφοὺς* uno nomine *φαύλους* appellantibus. Sed et ab aliis ita factitatum, v. c. Plutarch. Sap. Conviv. p. 157. A. *τοῖς μὲν σοφοῖς μέτρον ὁ νόμος δέδωκε· πρὸς δὲ τοὺς φαύλους ἐρῶ λόγον τῆς ἐμῆς θυγατρός —.* Est autem civilis virtus infimo gradu, quum quatuor omnino sint virtutum gradus, ut quidem posteriores Platonici eos descripserunt, principe Plotino Ennead. I. Lib. II, unde profecti sequentes passim memorarunt, v. c. Porphyrius de Gradibus p. 34. Haec Wyttenbachius: qui neglexit locum ipsius Platonis de Republ. X. p. 619. C. D., ubi eadem sententia paene iisdem verbis illustratur, neque vidit, posteriorum Platonicorum sententiam ab ipsius Platonis ratione aliquantum differre. Nam illi quatuor fere virtutum genera Plotino duce statuerunt, primum virtutis politicae, alterum

οὗτον πάλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικόν τε καὶ ἥμερον γένος, ἤ που μελιττῶν ἢ σφηκῶν ἢ μυρμήκων, ἢ καὶ εἰς ταὐτόν γε πάλιν τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ γίγνεσθαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρας μετρίους. Εἰκός.

Cap. XXXII. *Εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ. ἀλλὰ τούτων* C *ἕνεκα, ὦ ἑταῖρε Σιμμία τε καὶ Κέβης, οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀπέχονται τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυ-*

Bodl. *οὐ* punctis notatum. Orellius inde coni. legendum esse: *Οὐ — μετρίους.*

πολιτικόν τε καὶ ἥμ.] *τε* additum e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. Par. G. Ambr. Flor. d. Deinde *ἢ* ante *καὶ εἰς τ.* om. Coisl. Ven. *Λ.* Vind. *Υ.* Par. ACEHL. Aug. Zitt. Flor. a. b. l. m.

ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ] Par. G. Tub. et pr. m. Bodl. Ven. *Π.* *ἀλλ' ἢ τῷ φ.* quod rec. Bekker. et Tur. Vaticanus habet: *οὐδ' ἄλλῳ ἢ τῷ φ.*

C. *οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες*] V. *φιλόσοφοι*, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π.* Tub. Vind. 1. 4. 6. Par. G. Ambr. Flor. d. mutatum.

purgatoriae, tertium animi iam purgati, quartum denique, quod exemplares virtutes haberet. Hic autem tres tantum distinxit virtutis gradus, de quibus ad p. 68. B. C. sqq. explicavimus.

Cap. XXXII. *Εἰς δέ γε θεῶν γένος* —] Locus multum vexatus, de cuius tamen scriptura codd. nihil propemodum variant. Bodl. Tubing. aliique: *ἀλλ' ἢ τῷ φιλομαθεῖ* Vatican. *οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι οὐδ' ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ.* Ex quibus alterum difficultates, si quae sint, non tollit, alterum, quod grammatici emplastri speciem habet, mirum quantum languoris affert orationi. Itaque Wyttenbach. verbis transpositis scribendum putabat: *εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῶς ἀπιόντι*, in deorum autem genus nefas est alii pervenire, quam doctrinae studioso philosophato et plane puro abeunti. Heindorfius autem germanam scripturam fuisse hanc suspicabatur: *ἀλλὰ μόνῳ τῷ φιλομαθεῖ τούτων ἕνεκα κ. τ. λ.* Vereor tamen ulla ut opus sit verborum correctione. Videtur enim istud: *ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ*, per epexegesin additum esse superiori *μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ*, quia *ὁ φιλομαθής*, qui idem est *ὁ φιλοσοφήσας*, luculentius opponitur *τοῖς φιλοχρημάτοις, φιλάρχοις* et *φιλοτίμοις*, qui deinceps commemorantur. Quocirca oppositionis ratio effecit, ut sententia isto modo dilatata sit atque unam eandemque rem bis designatam habeamus. Veram esse hanc sententiam nostram, ununquemque docebunt, quae proxime deinceps disputantur, in quibus identidem *οἱ φιλομαθεῖς* ceteris e regione ponuntur. Ce-

μιῶν ἁπασῶν καὶ καρτεροῦσι καὶ οὐ παραδιδόασιν αὐταῖς ἑαυτούς, οὔ τι οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι, ὥςπερ οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι, οὐδὲ αὖ ἀτιμίαν τε καὶ ἀδοξίαν μοχθηρίας δεδιότες, ὥςπερ οἱ φίλαρχοί τε καὶ φιλότιμοι, ἔπειτα ἀπέχονται αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἂν πρέποι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ
D *Κέβης. Οὐ μέντοι μὰ Δία, ἦ δ' ὅς. τοιγάρτοι τούτοις μὲν ἅπασιν, ἔφη, ὦ Κέβης, ἐκεῖνοι, οἷς τι μέλει τῆς αὐτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι, χαίρειν εἰπόντες οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται*

οὔ τι οἰκοφθορίαν] Sic Bodl. Ven. *ΔΠ*. Par. ACHI. Flor. a. b. c. d. i. m. et pr. Coisl. Par. G. Vulgo *οὔτε οἰκοφθ.* Par. E. *οὗτοι*, quod in Vind. *Φ*. superscriptum. conf. p. 81. D. ibique ann.

terum Plato ipse Relp. II. p. 376. B. *τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταὐτόν*. Ibid. IX p. 589. B. *φιλομαθὲς δὴ καὶ φιλόσοφον αὐτὸ καλοῦντες κατὰ τρόπον ἂν καλοῖμεν.*

οὔ τι οἰκοφθορίαν τε καὶ π. φ.] Voc. *οἰκοφθορίαν*, rei familiaris iacturam, explicuit Wyttenbach. ad Plutarch. p. 66. Proxima *οὐδὲ αὖ — ἀπέχονται αὐτῶν* integram per se sententiam efficere verissime monuit Heindorf. De *ἔπειτα* post participium illato v. annot. ad p. 70. E. De sententia conf. Theaetet. p. 176 D.

σώματα πλάττοντες ζ.] Dicuntur *σῶμα πλάττειν* proprie, qui corpus artificiose fingunt et formant, similiter atque Latine homines delicati dicuntur fingere incessum, fingere vultum. Quod quum indicium sit insignia cuiusdam corporis curae, facile, opinor, intelligitur sensum verborum esse hunc: qui quidem animum suum curant, neque corpus unice colunt et fovent. Itaque non placet Heindorfii sententia, qui in *πλάττοντες* latere suspicatur verbum aliquod significatione serviendi blandiendique praeditum. Neque etiam numerus pluralis *σώματα* offendit, quum haec dicantur de iis omnibus, qui corporis maiorem curam gerunt quam animi. Quid, quod isto multitudinis numero res ipsa etiam gravius et maiore cum contemtu significatur, quam numero singulari, quo Heindorf. opus esse putabat. — *χαίρειν εἰπόντες*, h. e. non curantes, spernentes et contemnentes.

Cap. XXXIII. *γιγνώσκουσι γάρ - οἱ φιλομαθεῖς*] Animadvertenda est vis et consuetudo nominum *φιλομαθὴς* et *φιλόσοφος*, quae subinde idem significant, quum *φιλομαθὴς* sit genus, *φιλόσοφος* species; omnis *φιλόσοφος* et *φιλομαθής*, at non contra omnis *φιλομαθής* idem sit *φιλόσοφος*. Quam consuetudinem Cicero secutus frequens doctos et doctissimos pro philosophis dixit. Platoni Phaedone p. 67. B. *οἱ ὀρθῶς φιλομαθεῖς* sunt philosophi:

αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται, αὐτοὶ δὲ ἡγούμενοι οὐ δεῖν ἐναντία τῇ φιλοσοφίᾳ πράττειν καὶ τῇ ἐκείνης λύσει τε καὶ καθαρμῷ ταύτῃ τρέπονται, ἐκείνῃ ἑπόμενοι, ᾗ ἐκείνη ὑφηγεῖται.

Cap. XXXIII. Πῶς, ὦ Σώκρατες; Ἐγὼ ἐρῶ, ἔφη. γιγνώσκουσι γάρ, ἦ δ᾽ ὅς, οἱ φιλομαθεῖς, ὅτι παραλαβοῦσα αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἡ φιλοσοφία ἀτεχνῶς E διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προςκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ ὥςπερ δι᾽ εἱργμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα, ἀλλὰ μὴ αὐτὴν δι᾽ αὑτῆς, καὶ

D. σώματα πλάττοντες] Bodl. a pr. m. et Ven. Π. Tub. σώματι. Orellius coni. σῶμα τι, quod Turicc. non debebant recipere.

ἀτεχνῶς διαδεδεμένην] δεδεμένην Vat. Ambr. et a pr. m. Flor. δεδεμένη.

idem p. 83. E. Republ. V. p. 466. quo pertinet Procli Quaestio p. 422. τίς ἡ τῶν φιλοσόφων φιλομαθία καὶ ἡ τῶν πολλῶν. Republ. IV. p. 506. C. de optimo genere hominum, quod φιλοκερδεῖ et φιλοτίμῳ opponitur, φιλομαθὲς δὲ καὶ φιλόσοφον καλοῦντες αὐτὸ κατὰ τρόπον ἂν καλοῖμεν. VI. p. 467. D. τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολογήσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν, ὅσα ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης καὶ μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Republ. VI. p. 471. E. ὅ γε ὄντως φιλομαθής. Wyttenbach.

E. ὅτι παραλαβοῦσα αὐτῶν τ. ψ.] Παραλαμβάνειν dicitur de omnibus iis, qui aliquem accipiunt instituendum, erudiendum, praeceptis, monitis, consiliis augendum et formandum, omninoque tractandum, ut hoc loco de philosophia, quae studet animum a vinculis corporis liberare et exsolvere. De quo usu verbi v. Alcibiad. I. p. 121. E. Apol. p. 18. B. Quia autem ostendit simul Socrates, qualis sit animi in corpore conditio, infra demum multis versibus post ad institutam disputationis seriem revertitur: quae res ordinem verborum et orationis sensum paullo impeditiorem et obscuriorem reddit. — Dicitur vero animus in corpore tanquam carcere quodam vinctus teneri eique quasi agglutinatus esse: quo indicare voluit philosophus, tam arctam esse animi atque corporis copulationem, ut ille omnia corporis opera et ministerio interveniente considerare soleat. Cratyl. p. 400. B. καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτό (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι. Hinc intelligitur, quid sit ὥςπερ δι᾽ εἱργμοῦ — σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα. Ita enim scribendum esse, neque vero εἰργμοῦ, quod in libris aliquot hic et deinde scriptum exstat, docent verba Eustathii ad Odyss. α. p. 1387. ed. Rom. καὶ τὸ εἴργω δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ κωλύω ἐψίλουν (οἱ Ἀττικοί), καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἀπεῖρξεν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐγκλείω ἐδάσυνον, ὡς δηλοῖ τὸ καθεῖρξεν· ὅθεν καὶ δασύνεται καὶ ἡ εἱρκτή.

*ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κυλινδουμένην, καὶ τοῦ εἱργμοῦ τὴν
δεινότητα κατιδοῦσα, ὅτι δι᾽ ἐπιθυμίας ἐστίν, ὡς
83 ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλλήπτωρ εἴη τῷ δε-
δέσθαι, — ὅπερ οὖν λέγω, γιγνώσκουσιν οἱ φιλομα-
θεῖς, ὅτι οὕτω παραλαβοῦσα ἡ φιλοσοφία ἔχουσαν
αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἠρέμα παραμυθεῖται καὶ λύειν
ἐπιχειρεῖ ἐνδεικνυμένη, ὅτι ἀπάτης μὲν μεστὴ ἡ διὰ
τῶν ὀμμάτων σκέψις, ἀπάτης δὲ ἡ διὰ τῶν ὤτων
καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, πείθουσα δὲ ἐκ τούτων
μὲν ἀναχωρεῖν ὅσον μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι, αὐ-
τὴν δὲ εἰς αὑτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι πα-
ρακελευομένη, πιστεύειν δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ἀλλ᾽ ἢ αὐ-*

E. *κυλινδουμένην*] V. *καλινδουμένην*, quod hic quoque optimi plurimique libri aspernantur. Dein Flor. d. *ὃ δι᾽ ἐπιθυμίας ἐστίν*.
P. 83. *ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν*] *ἀποχωρεῖν* Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Ambr. et a pr. m. Flor. d.
C. *ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν*] *λυπῶν καὶ ἐπιθυμιῶν* Vat. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. Eodem ordine iidem libri mox cum

ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κ.] Politic. p. 309. A. *ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ταπεινότητι κυλινδούμενοι*. Theaet. p. 172. D. *ἐν δικαστηρίοις ἐκ νέων κυλινδούμενοι*. Synes. Epist. 32. *ἐν καπηλείοις κυλινδηθείς*. Alia dabit Bergler. ad Alciphr. T. I. p. 132.

ὅτι δι᾽ ἐπιθυμίας ἐστίν, ὡς ἂν μ. — τῷ δεδέσθαι] Heindorfius *τὸ δι᾽ ἐπιθυμίας εἶναι* passive capiendum putabat, ut *διὰ χαρίτων, διὰ σπουδῆς, διὰ μνήμης, δι᾽ εὐχῆς εἶναι* atque *ὡς* pro *ὥστε* dictum accipiebat, ut idem etiam exprimi sic potuerit: *ὥστε ἂν μάλιστα τὸν δεδεμένον ξυλλήπτορα εἶναι τῷ δεδέσθαι*. Quae ratio non uno nomine displicet. Imo *ὁ εἱργμὸς* dicitur *δι᾽ ἐπιθυμίας εἶναι*, quatenus per cupiditatem extitit; id quod recte vidit Hermannus. In quo ipso diritas claustri istius cernitur; nam *ἐπιθυμία* ipsius animi est, sicuti Rep. IV. p. 436. Tim. p. 69. C. D. Phileb. p. 35. C. al. edocemur. Itaque captivus ipse dicitur *ξυλλήπτωρ εἶναι τῷ δεδέσθαι*. Nam *ὡς ἂν — εἴη* est: quomodo — esse possit, sicuti *ὡς ἂν* c. optativo usurpatur etiam Phaedr. p. 230. B. 231. A. 205. D. Gorg. p. 453. A. al. pendetque ex *δι᾽ ἐπιθυμίας ἐστίν*. Itaque totus locus sic interpretandus est: et quum philosophia diritatem claustri istius perspexit, quippe quod extitit per cupiditatem ac studium, quomodo potissimum vinctus ipse adiuvare queat captivitatem suam. Pro *τῷ δεδέσθαι* facile quis cum Heindorfio desideraverit *τοῦ δεδέσθαι*, quae est verbi *συλλαμβάνειν* et *ξυλλήπτορα εἶναι* usitata constructio, de qua consulas Matthiae Gr. Gr. §. 325. Cautius tamen hac de re statuendum. Nam dativum codd. omnes tuentur; nec videmus

τὴν αὐτῇ, ὅ τι ἂν νοήσῃ αὐτὴ καθ' αὑτὴν αὐτὸ
καθ' αὑτὸ τῶν ὄντων· ὅ τι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ ἐν B
ἄλλοις ὂν ἄλλο, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀληθές· εἶναι δὲ τὸ
μὲν τοιοῦτον αἰσθητόν τε καὶ ὁρατόν, ὃ δὲ αὐτὴ
ὁρᾷ νοητόν τε καὶ ἀειδές. ταύτῃ οὖν τῇ λύσει οὐκ
οἰομένη δεῖν ἐναντιοῦσθαι ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλο-
σόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπι-
θυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ὅσον δύναται,
λογιζομένη, ὅτι, ἐπειδάν τις σφόδρα ἡσθῇ ἢ φοβη-
θῇ ἢ λυπηθῇ ἢ ἐπιθυμήσῃ, οὐδὲν τοσοῦτον κακὸν
ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν, ὅσον ἄν τις οἰηθείη, οἷον ἢ
νοσήσας ἤ τι ἀναλώσας διὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλ' ὃ C

Iambl. ἢ λυπηθῇ ἢ φοβηθῇ. Non male; quanquam veterem lectionem non sum ausus mutare.

ὅσον ἄν τις οἰηθείη] Codd. Bodl. Vat. Tub Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Flor. a. b. d. i. m. ὧν ἄν τις οἰηθείη, quod e compendio scripturae natum videtur. Recte Bas. 1. et Steph. ὅσον ἄν τις, quod praeter Flor. c. Zitt. Par. A. tuetur etiam Coisl.

gravem eius mutandi necessitatem, modo eum cum εἴη arctius cohaerere animadverterimus, hoc sensu: quomodo ipse vinctus *captivitati suae sit* adiutor.

P. 83. ἠρέμα παραμυθεῖται] Vide p. ad 70. B.

B. ὅ τι δ' ἂν δι' ἄλλων — ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο] Opponitur δι' ἄλλων praecedenti αὐτὴ καθ' αὑτὴν, ita ut significet δι' αἰσθήσεων vel διὰ τοῦ σώματος. Eodem modo τὸ ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο opponitur τῷ καθ' αὑτό, ita ut intelligendae sint res sensibus subiectae, quae, quoniam obnoxiae sunt perpetuae vicissitudini et mutationi, ἐν ἄλλοις ἄλλα esse dicuntur. Nam illud, quod aequale, pulcrum, magnum, parvum vocamus, sibi nullo modo constat, sed alio tempore aliud videtur; ipsa autem aequalitas, pulchritudo, magnitudo eadem est ac sibi semper similia. — τῶν ὄντων pendet e pronomine ὅ τι.

οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδ.] Ita οὕτως post participia poni, dictum est ad p. 61. C.

ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν] Sc. τῶν ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ λυπῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, quod ex verbis praecedentibus cogitatione repetendum. Istud ἀπὸ autem ne quis in ὑπὸ mutandum aut pro eo positum opinetur, in huiusmodi locis indicat alicuius rei occasionem vel opportunitatem, non ipsam causam efficientem. v. Hermann. ad Sophocl. Electr. v. 65. Itaque haec ita convertas: indem sie bedenkt, dass, wenn jemand sehr heftig sich freut oder fürchtet, — er nicht (etwa nur) ein so grosses Uebel von daher erleidet etc. Praeterea notandum τοσοῦτον nunc minuendi potius quam augendi significationem habere, qui usus latuisse

πάντων μέγιστόν τε κακὸν καὶ ἔσχατόν ἐστι, τοῦτο πάσχει καὶ οὐ λογίζεται αὐτό. Τί τοῦτο, ὦ Σώκρατες; ἔφη ὁ Κέβης. Ὅτι ψυχὴ παντὸς ἀνθρώπου ἀναγκάζεται ἅμα τε ἡσθῆναι ἢ λυπηθῆναι σφόδρα ἐπί τῳ καὶ ἡγεῖσθαι, περὶ ὃ ἂν μάλιστα τοῦτο πάσχῃ, τοῦτο ἐναργέστατόν τε εἶναι καὶ ἀληθέστατον, οὐχ οὕτως ἔχον. ταῦτα δὲ μάλιστα * τὰ * ὁρατά. ἢ οὔ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ τῷ πάθει μά-
D λιστα καταδεῖται ψυχὴ ὑπὸ σώματος; Πῶς δή; Ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ, δοξάζουσαν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ. ἐκ γὰρ τοῦ ὁμοδοξεῖν τῷ σώματι καὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν ἀναγκάζεται, οἶμαι,

C. *μέγιστόν τε κακόν*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. CGI. Ambr. Aug. Vett. editt. *κακῶν*.

Ὅτι ψυχὴ παντὸς ἀνθρ.] V. Ὅτι ἡ ψυχή, quod cum Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π*. Tub. Aug. Par. G. Ambr. correctum.

ἐπί τῳ καὶ ἡγ.] Perperam Steph. ἐπὶ τῷ καὶ ἡγ. quum iam Aldus et Bass. emendatam habeant scripturam.

εἶναι καὶ ἀληθέστατον] Sic codd. plerique omnes, in iisque Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ*. Tub. Flor. d. Vulgo legebatur *καὶ ἀληθέστατον εἶναι*.

μάλιστα τὰ ὁρατά] τὰ cum Bekkero inserui de coniectura Heindorfii.

videtur interpretes. Nec tamen rara sunt eius exempla. v. Sophist. p. 217. E. De Rep. X. p. 608. B. Schaefer. Praefat. ad Julian. Or. p. XII. Lexic. Xenophont. T. IV. p. 320. et de simili usu Lat. tantum Manut ad Cicer. Epist. I. 7. Vulgo in talibus locis *μόνον* intelligendum existimant, cuius vocis notio utique proximorum verborum oppositione continetur, quae efficit, ut *τοσοῦτον* cum *τονώσει* pronuntiari debeat. v. Schaeferum ad Lambert. Bos. p. 308 sq.

C. *Ὅτι ψυχὴ παντὸς ἀνθρώπου*] Ante ψυχὴ et σῶμα, quando de genere dicuntur, saepenumero articulum omitti iam alibi monuimus. Sic paullo post: *καταδεῖται ψυχὴ ὑπὸ σώματος*, ubi vulgo legitur *καταδεῖται ἡ ψυχὴ ὑπὸ σώματος*. Sed verissime observavit Heindorf. ad p. 64. E., ubi duo nomina aliquo modo inter se iuncta pariter definita sint aut indefinita, articulum fere aut praefigi utrique aut in utroque omitti. Quocirca aut *ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ σώματος* dicendum fuit, aut articulo utrinque abiecto *ψυχὴ ὑπὸ σώματος*. Quanquam haec lex non est adeo immutabilis, ut non subinde ab ea recedatur. v. Legg. X p. 896. O. sqq.

D. *καὶ οἷα μηδέποτε* —

ὁμότροπός τε καὶ ὁμότροφος γίγνεσθαι καὶ οἷα μη-
δέποτε καθαρῶς εἰς Ἅιδου ἀφικέσθαι, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ
σώματος ἀναπλέα ἐξιέναι, ὥςτε ταχὺ πάλιν πίπτειν
εἰς ἄλλο σῶμα καὶ ὥςπερ σπειρομένη ἐμφύεσθαι, καὶ
ἐκ τούτων ἄμοιρος εἶναι τῆς τοῦ θείου τε καὶ καθα- E
ροῦ καὶ μονοειδοῦς συνουσίας. Ἀληθέστατα, ἔφη,
λέγεις, ὁ Κέβης, ὦ Σώκρατες.

Cap. XXXIV. Τούτων τοίνυν ἕνεκα, ὦ Κέ-
βης, οἱ δικαίως φιλομαθεῖς κόσμιοί τ' εἰσὶ καὶ ἀν-
δρεῖοι, οὐχ ὧν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φασιν. ἢ σὺ οἴει;
Οὐ δῆτα ἔγωγε. Οὐ γάρ· ἀλλ' οὕτω λογίσαιτ' ἂν 84
ψυχὴ ἀνδρὸς φιλοσόφου, καὶ οὐκ ἂν οἰηθείη τὴν μὲν
φιλοσοφίαν χρῆναι ἑαυτὴν λύειν, λυούσης δὲ ἐκείνης
αὐτὴν παραδιδόναι ταῖς ἡδοναῖς καὶ λύπαις ἑαυτὴν

D. *καταδεῖται ψυχή*] V. *ἡ ψυχή*. Articulum recte omittunt Bodl. Vat. Coisl. Ven. *ΞΠ*. Tub. Par. CGHL. Flor. a. m. Zitt. Sequitur enim *ὑπὸ σώματος*. Alioquin e Vat. Vind. *Φ*. Par. GL. Ambr. et rec. Bodl. *ὑπὸ τοῦ σώματος* fuerit recipiendum.

καὶ οἷα μηδέποτε] V. *οἷα*, quod Bekkerus e Bodl. Coisl. Ven. *Ξ*. Vind. *ΥΦ*. Par. GI. emendavit. Deinde *τοῦ σώματος ἀναπλέα* Bodl. Ven. *Π*. Tub. Vulgo *ἀναπλέα τοῦ σώματος*. Vind. *Φ*. *ἀνάπλεω*. Aug. ex corr. *ἀνάπλεως*, quod firmant alii, in quibus est *ἀνάπλεα*.

κόσμιοί τ' εἰσὶ καὶ ἀνδρεῖοι] *τε* e Vat. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par G. Ambr. Flor. d. et rec. Bodl. additum.

ἀφικέσθαι] h. e. *καὶ τοιαύτη, ὥςτε μηδέποτε ἀφ.* Male vulgo *οἷα*, quod mireris etiam Heindorfios et Wyttenbachios fefellisse.

τοῦ σώματος ἀναπλέα] corpore polluta et inquinata. vid. Ruhnken. ad. Tim. Gloss. p. 30 sqq.

Cap. XXXIV. *οἱ δικαίως φιλομαθεῖς*] Intelliguntur *οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι*. v. ad c. XXXIII. in.

κόσμιοι] h. e. *σώφρονες*, qui cupiditatibus abstinent, non iis indulgent.

ἀνδρεῖοι] ut Lat. fortes, qui voluptates spernunt, repudiant, neque earum illecebris cedunt.

οὐχ ὧν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φασι] Hoc dicit Socrates: Sapientes temperantes sunt atque fortes non propter ea, propter quae vulgus hominum censet eos fortes atque temperantes esse. Itaque frustra C. Fr. Hermannus locum de vitio suspectum habuit, qui primum quidem in Diar. Schol. Darmstad. a. 1830. Sect. II. n. 41. verba *ἕνεκά φασι* e glossemate orta putavit, postea autem in Museo Rhen. a. 1845. Vol. IV. Fas. 3. et in Scriptis

πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν καὶ ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἱστὸν μεταχειριζομένης· ἀλλὰ γαλήνην τούτων παρασκευάζουσα, ἑπομένη τῷ λογισμῷ καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ θεῖον καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου
B τρεφομένη ζῆν τε οἴεται οὕτω δεῖν, ἕως ἂν ζῇ, καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς τὸ ξυγγενὲς καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον ἀφικομένη ἀπηλλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης τροφῆς οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβη-

P. 84. *πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν*] αὖ om. Vat. Vind. *Φ*. Par. G. Flor. c. d. Zitt. Dein marg. Bodl. ἐπικαταδεῖν.

ἱστὸν μεταχειριζομένης] Sic libri omnes praeter Vat. Ven. *Ξ*. Ambr. Flor. a. d et Par. G. rec., qui cum editt. omnibus habent μεταχειριζομένην. Genitivum etiam Iamblichus tuetur. Et recte is se habet, si quidem μεταχειριζομένης non ad animam referendum est, verum ad philosophiam, ut cohaereat participium non cum *Πηνελόπης*, sed cum praecedentibus illis, λυούσης δὲ ἐκείνης. Enimvero animus est veluti ἱστός, in quo tractando philosophia occupata est. Verum vidit Hermannus l. c.

B. *ζῆν τε οἴεται οὕτω δεῖν*] Sic Bodl. Ven. *Π*. Tub. Iamblich. Vett. editt. hunc habent verborum ordinem, ζῆν τε οἴεται δεῖν οὕτως. Vat. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. ζῆν τε οὕτως οἴεται, quod susceperunt Bekker. et Turr.

ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης] Bekker ex uno Ven. *Π*. δὴ in δὲ

Miscell. p. 80. censuit pro φασὶ scribi oportere φαίνονται.

P. 84. *καὶ ἀνήνυτον — μεταχειριζομένης*] Penelope enim, ut narrat Homer. Odyss. II. 104 sqq. quo procos falleret, retexebat noctu quae interdiu texuisset: sed philosophia telam propemodum retextam rursus contexi videt, quandoquidem animus per philosophiam a corporis vinculis liberatus denuo illius illecebris capi sese patitur. Hinc intelligitur, quid sit ἐναντίως. Ceterum verba ita interpretanda sunt: αὐτὴν παραδιδόναι — ὥστε πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν, voluptatibus et doloribus se rursus tradere constringendum et opus irritum facere.

γαλήνην τούτων π.] Hoc pronomen Heindorf. refert ad verba τὸ ἀνήνυτον ἔργον πράττειν Π. τ. ἐν ἱστ. μ. Rectius, opinor, Fischerus intelligit τῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν.

καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα] H. e. et semper in eo occupata, s. id semper agens, ut rationi obtemperet. v. ad Criton. p. 47. B. Menex. p. 244. C.

τὸ ἀδόξαστον] Intelligitur illud, quod quia certam veramque scientiam (ἐπιστήμην) efficit, incertam opinionis rationem (δόξαν) prorsus aspernatur. Etenim δόξα oritur e consideratione rerum sensibus subiectarum; ἐπιστήμη autem est scientia, quae veritatis aeternae, h. e. idearum, contemplatione comparatur.

B. *ἐκ δὴ τῆς τ. τ. οὐδὲν δεινὸν μή —*] h. e. non est

θῇ, ταῦτά γε ἐπιτηδεύσασα, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ὅπως μὴ διασπασθεῖσα ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος ὑπὸ τῶν ἀνέμων διαφυσηθεῖσα καὶ διαπτομένη οἴχηται καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ.

Cap. XXXV. Σιγὴ οὖν ἐγένετο, ταῦτα εἰπόντος τοῦ Σωκράτους, ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ αὐτός τε C
πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν ὁ Σωκράτης, ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο, καὶ ἡμῶν οἱ πλεῖστοι. Κέβης δὲ καὶ Σιμμίας σμικρὸν πρὸς ἀλλήλω διελεγέσθην. καὶ ὁ Σω-

mutavit. Quod quanquam etiam Tub. et Iambl. habet, tamen non probamus. Aptius δὴ in argumentationis conclusione.

ταῦτά γ' ἐπιτηδεύσασα] Libri δ', quod cum Fischero et Bekkero de sententia Stephani in γ' mutavimus. Heindorfius ex Aug. dedit ταῦτ' ἐπιτηδεύσασα. Ceterum vana est opinio Wyttenbachii verba transponenda iudicantis. v. ann.

ὑπὸ τῶν ἀνέμων] Vett. editt. ὑπὸ τινῶν ἀν. invitis codicibus, ut videtur, omnibus. Pro vulg. διαπταμένη ex Bodl. pr. Coisl. Ven. Δ Π. Par. CEI. Ambr. Aug. Florentinis restitutum διαπτομένη, quod magis Atticum habetur. Par. H. Tub. διαττομένη. Par. G. διαπτωμένη. Recte Porsonus ad Med. v. 1. „Attici in praesenti adhibent πέτομαι, πέταμαι, in aoristo ἐπτόμην, ἐπτάμην, quorum prius ita praeferendum indico, ut contra librorum tamen consensum nihil mutetur.“ Platonis libri in hoc quidem opere ō tuentur. conf. p. 70. A. p. 109. E.

periculum, ne metuat, ut Apolog. Socrat. p. 28. B. Gorg. p. 520. D. Herodot. I. 84. Xenoph. Hellen. II. 1, 6. Verba connectenda sunt hoc modo: ὅπως μὴ ταῦτά γε ἐπιτηδεύσασα διασπασθεῖσα οἴχηται. Istud ταῦτά γε ἐπιτηδεύσασα cur ita praemissum sit, neminem, opinor, praeteribit.

Cap. XXXV. C. αὐτός τε πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν] h. e. ipse defixus erat in cogitatione eorum, quae disputata erant, s. habitam disputationem mente secum cogitabat. Loquendi genus illustraverunt Buddeus Commentar. Ling. Gr. p. 987. Vigerus p. 662. Wyttenbach. ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 21. et annot. ad h. l.

ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο] h. e. ut quidem apparebat, ubi quis eum intuebatur. Nam errat Fischer., qui ἰδεῖν interpretatur βλέπειν, vultum habere, vultum induere. Errat etiam Heindorf., qui ἰδεῖν passive dictum putat, comparans formulam καλὸς ἰδεῖν et similia, in quibus et ipsis ἰδεῖν active accipiendum. Nam καλὸς ἰδεῖν proprie est: schön anzusehen, h. e. pulcher, si quis eum videat. De Rep. X. p. 615. E. διάπυροι ἰδεῖν. Timaeus p. 432. B. παντοδαπὴν ἰδεῖν φαίνεσθαι. Iamblich. Myster. Aeg. II. 8. p. 50. ὀλιγοδρανοῦσιν, ὡς ἰδεῖν φαίνονται, h. et ut apparet, si quis eos adspiciat. conf. Matthiae Gr. §. 535. a.

κράτης ἰδὼν αὐτὼ ἤρετο, Τί; ἔφη· ὑμῖν τὰ λεχθέντα μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λελέχθαι; πολλὰς γὰρ δὴ ἔτι ἔχει ὑποψίας καὶ ἀντιλαβάς, εἴ γε δή τις αὐτὰ μέλλει ἱκανῶς διεξιέναι. εἰ μὲν οὖν τι ἄλλο σκοπεῖσθον, οὐδὲν λέγω· εἰ δέ τι περὶ τούτων ἀπο-
D ρεῖτον, μηδὲν ἀποκνήσητε καὶ αὐτοὶ εἰπεῖν καὶ διεξελθεῖν, εἴ πῃ ὑμῖν φαίνεται βέλτιον λεχθῆναι, καὶ αὖ καὶ ἐμὲ ξυμπαραλαβεῖν, εἴ τι μᾶλλον οἴεσθε μετ' ἐμοῦ εὐπορήσειν. Καὶ ὁ Σιμμίας ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, τἀληθῆ σοι ἐρῶ. πάλαι γὰρ ἡμῶν ἑκάτερος ἀπορῶν τὸν ἕτερον προωθεῖ καὶ κελεύει ἐρέσθαι διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν μὲν ἀκοῦσαι, ὀκνεῖν δὲ ὄχλον παρέχειν, μή σοι ἀηδὲς ᾖ διὰ τὴν παροῦσαν

μῶν μὴ δ. ἐνδ. λελέχθαι] V. *λέγεσθαι*, quod e marg. Bodl. Coisl. Vat. Vind Φ. Par. CG. Ambr. Flor. c. d. m. correctum. De particulis *μῶν μή*, quas Wyttenbach. in *μῶν πῃ* mutatum ivit, conf. annot.

εἰ δέ τι περὶ τούτων ἀπορ.] Editt. omnes *εἰ δὲ περὶ τούτων*. Restitui *τι* e Vat. Ven. *Π*. Flor. d. i. Ambr. In Bodl. est *εἰδέτι*. Tub. habet *εἰ δ' ἔτι*, unde Heindorf. coniiciebat *εἰ δ' ἔτι τι*. Verbum *ἀπορεῖν* ita cum accusativo iunctum illustravit Hein-

Τί; ἔφη· ὑμῖν τὰ λεχθέντα μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδ. λ.] *μῶν μὴ δοκεῖ*: es scheint doch nicht etwa. v. annotat. ad Lysid. p. 208. C. Hermann. ad Viger. p. 789 sq. Cum vi praemissum *ὑμῖν* est propter oppositionis rationem; *μῶν μή* autem mediae interrogationi interpositum, ut Reip. VI. p. 505. C.

D. *καὶ αὐτοὶ εἰπεῖν*] His verbis respondent illa *καὶ αὖ καὶ ἐμὲ ξυμπαραλαβεῖν*.

ἐγέλασέ τε ἠρέμα καί φησι] Hac praesentis cum aoristo coniunctione nihil frequentius vid. Heindorf. ad h. l. Astius ad Phaedr. p. 335. Matth. §. 504.

E. *ἦ που χαλεπῶς —*] Recte Hesychius *ἦ που* interpretatur *ὄντως που*, wahrlich wol. v. Gorg. p. 448. A. 469. B. Euthyphr. p. 4. A. Lysid. 1. 207. D. Euthydem. p. 299. A. De Rep. X. p. 595. O.

ὅτε γε] prorsus respondet Lat. quandoquidem. v. ad Protag. p. 356. C.

μὴ δυςκ. — διάκειμαι] Heindorfius et Buttmannus Gr. Ampl. T. I. p. 567. *διάκειμαι* pro coniunctivo habent, cuius tamen formae certa excmpla desunt. Nam infra p. 93. A. non est dubium quin *συγκέηται* cum libris scribendum sit. Apud Isocratem autem de Antidos. p. 404. ed. Bekker. *ὅπως ἂν ὑμεῖς σαφέστερον εἰδότες τὴν δύναμιν αὐτῶν οὕτω διάκεισθε πρὸς ἑκάστους* recte editor doctissimus legendum cen-

ξυμφοράν. Καὶ ὃς ἀκούσας ἐγέλασέ τε ἠρέμα καί
φησι, Βαβαί, ὦ Σιμμία· ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς
ἄλλους πείσαιμι ἀνθρώπους, ὡς οὐ ξυμφορὰν ἡγοῦ- E
μαι τὴν παροῦσαν τύχην, ὅτε γε μηδ' ὑμᾶς δύναμαι
πείθειν, ἀλλὰ φοβεῖσθε, μὴ δυςκολώτερόν τι νῦν
διάκειμαι ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ. καί, ὡς ἔοικε, τῶν
κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν,
οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν,
ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα
καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γεγηθότες, ὅτι μέλλουσι παρὰ 85
τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπερ εἰσὶ θεράποντες. οἱ δὲ ἄν-
θρωποι διὰ τὸ αὐτῶν δέος τοῦ θανάτου καὶ τῶν
κύκνων καταψεύδονται, καί φασιν αὐτοὺς θρηνοῦν-

dorf. ad Cratyl. p. 409. D. Mox Bodl. a pr. m. Ven. Ξ. in marg. Tub. Aug. διελθεῖν pro διεξελθεῖν.

D. τοὺς ἄλλους πείσαιμι ἀνθρώπους] V. τοὺς ἄλλους ἀνθρ. πεισ. quod ex plurimis libris mutatum. Vulgarem ordinem Tur. servaruut.

E. ὅτε γε μηδ' ὑμᾶς] V. ὅτι, quod correctum e Coisl. Vat. Tub. Ven. Ξ. Par. CGHIL. Vindobonensibus, Flor. a. d. i. m. Aug. Ambr. Zitt. v. ad Protagor. p. 356. C.

πλεῖστα καὶ μάλιστα] καὶ μέγιστα Par. L.

set διακέησθε. Itaque διάκειμαι cum Hoogeveenio De Part. p. 684. ed. Schütz. Matthiaeo Gr. T. II. p. 1003. et Grasero Adversar. p. 39. pro indicativo accipio, ut μὴ sit num. Lysid. p. 218. D. φοβοῦμαι, μὴ — λόγοις ψευδέσιν ἐντετυχήκαμεν. Thucyd. III. 33. νῦν δὲ φοβοῦμαι μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν. Alia dabit Elmslei. ad Medeam. 310. Nec abludit Plat. Hipp. mai. p. 296. A. φοβοῦμαι, τί ποτ' αὖ λέγομεν.

οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται] „Notissima est, ad quam hic alludit Socrates, veterum opinio. Vide, si tanti est, quae collegit Davisius ad Cic Tusc. Disp. I. 30.“ FORSTER. Addas etiam Beckium ad Aristoph. Avv. v. 771. Elegantissime vero hoc argumentum tractarunt I. H. Vossius in Epistoll. Mytholog. T. II. p 98. sqq. et Hamaker. Lectt. Philostrat. p. 10 sqq. Pro καὶ πλεῖστα καὶ μάλιστα Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Agam. v. 1419. legendum censebat καὶ πλεῖστα καὶ κάλλιστα, collato Porson. ad Eurip. Phoeniss. v. 878. Coniectura sanequam elegaus, sed minus uecessaria.

οὗπερ εἰσὶ θεράποντες] Mox ipse dicit τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες. v. Aelian. Hist. Anim. II. 32.

P. 85. καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται] h. e. etiam de cygnis falsa comminiscuntur. Legg. VII. d. 821. B. καταψευδόμεθα — μεγάλων θεῶν. Legg. III. p. 700. E. VII. p. 700. E. De Rep. III. c. 5. al.

τας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν, καὶ οὐ λογίζονται, ὅτι οὐδὲν ὄρνεον ᾄδει, ὅταν πεινῇ ἢ ῥιγοῖ ἤ τινα ἄλλην λύπην λυπῆται, οὐδὲ αὐτὴ ἥ τε ἀηδὼν καὶ χελιδὼν καὶ ὁ ἔποψ, ἃ δή φασι διὰ λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν· ἀλλ' οὔτε ταῦτά μοι φαίνεται λυπούμενα ᾄδειν οὔτε οἱ κύκνοι. ἀλλ' ἅτε, οἶμαι,
B τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες μαντικοί τέ εἰσι καὶ προειδότες τὰ ἐν Ἅιδου ἀγαθὰ ᾄδουσι καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως ἢ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἡγοῦμαι ὁμόδουλός τε εἶναι τῶν κύκνων καὶ ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ, καὶ οὐ χεῖρον ἐκείνων τὴν μαντικὴν ἔχειν παρὰ τοῦ δεσπότου, οὐδὲ

P. 85. *ἢ ῥιγοῖ*] Nullus cod. *ῥιγῷ* habet.
ἃ δή φασι] V *ὃν δὴ φ.* quod e Bodl. Coisl. Tub. Ven. a. b. c. *Ξ*. Vind. 1. *ΥΦ*. Par. ACGHIL. Flor. a. b. c. d. i. m. Zitt. Bas. 2. Stobaeo inde a Fischero mutatum. Paullo ante *καὶ ἡ χελιδών*, inserto articulo, Par. G. et pauci alii, quod dedit Bekker.
B. *ᾄδουσι καὶ τ.*] Vulg. *ᾄδουσί τε καὶ τ.* Sed *τε* om. Bodl. Tub. Vind. *Υ*. Zitt. et pr. Ven. *ΞΠ*. cum Stobaeo. Mox *ἔμπροσθεν* pro *πρόσθεν* scriptum e Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ*. Tub. Vind. *ΥΦ*. Par. CIL. Ambr. Flor. b. c. d. i. m. aliis.
ὁμόδουλός τε εἶναι] V. *γε*. Sed *τε* habent Coisl. Ven. *ΛΞ*. Par. ACHIL. Ambr. Aug. Vind. 3. Flor. a. b. c. i. m. et edit. Bas. 2. Restituit iam Fischerus.

ἐξᾴδειν] Stephan. explicat extremum canere, cantandi arte defungi. Rectius Heindorf.: cantando vocem emittere. Mox de forma *ῥιγοῖ*, pro qua Gorg. p. 507. D. Attice *ῥιγῷ* scriptum est, vide Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 506.
ἃ δή φασι] Pluralis numerus requiritur propterea, quod Socrates non solum ad fabulam de upupa, sed etiam ad narrationes de ceteris avibus hic memoratis respicit. Male vulgo *ὃν δή*. Ceterum de Tereo, Thraciae rege, in upupam, de Procne, eius uxore, in lusciniam, et de Philomela, huius sorore, in hirundinem mutatis nota sunt omnia. v. Ovid. Metam. III. 14 sqq. ibique intpp.

B. *διαφερόντως ἢ ἐν τῷ ἔμπρ. χρ.*] h. e. magis quam. Etenim *διαφερόντως* non solum genitivum adsciscit, sed etiam cum *ἢ* construitur, ut infra c. XLIV. *ἐκεῖ εὖ πράξειν διαφερόντως ἢ ἐν ἄλλῳ βίῳ βιούς*. de Republ. VII. p. 538. Prorsus eodem modo verbum *διαφέρειν* particulam *ἢ* comitem habet. Phaedr. p. 228. D. *οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ τὰ τοῦ μή*. Xenoph. Anab. III. 4, 20. *πολὺ διέφερε — ὁρμῶντας ἀλέξασθαι ἢ πορευομένους μάχεσθαι*. Idem de Vectigal. IV. 25. Memorab. III. 11, 14. al.

παρὰ τοῦ δεσπότου] ab Apolline, cuius in potestate se esse dicit. Respicitur simul ad veterum Graecorum opinionem,

δυςθυμότερον αὐτῶν τοῦ βίου ἀπαλλάττεσθαι. ἀλλὰ
τούτου γε ἕνεκα λέγειν τε χρὴ καὶ ἐρωτᾶν ὅ τι ἂν
βούλησθε, ἕως ἂν οἱ Ἀθηναίων ἐῶσιν ἄνδρες ἕνδεκα.
Καλῶς, ἔφη, λέγεις, ὁ Σιμμίας· καὶ ἐγώ τέ σοι
ἐρῶ ὃ ἀπορῶ, καὶ αὖ ὅδε, ᾗ οὐκ ἀποδέχεται τὰ εἰ- C
ρημένα. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, περὶ τῶν τοι-
ούτων ἴσως ὥςπερ καὶ σοί, τὸ μὲν σαφὲς εἰδέναι ἐν
τῷ νῦν βίῳ ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ παγχάλεπόν τι, τὸ
μέντοι αὖ τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν μὴ οὐχὶ παντὶ
τρόπῳ ἐλέγχειν καὶ μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν παν-
ταχῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀν-
δρός· δεῖν γὰρ περὶ αὐτὰ ἕν γέ τι τούτων διαπρά-

ὅ τι ἂν βούλησθε] Soloece vulgo *βούλοισθε*, quod emendatum e Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΔΞΠ*. Vind. *Φ*. Par. A G L. Ambr. August. Flor. a. b. c. d. i. m. Zitt.

ἕως ἂν οἱ Ἀθηναίων ἐῶσιν] Vett. editt. *ἕως Ἀθηναίων* Particulam *ἂν* praebent Coisl. Vat. Vind. *Φ*. Par. A E G H I. Ambr. Flor. a. i. m. Articulum *οἱ* autem una cum *ἂν* suppeditavit unus Aug., unde iam Fischerus restituit.

C. *τὸ μέντοι αὖ τὰ λ.*] *αὖ* om. Coisl. Par. A C E G H I L. Ven. *Δ*. Aug. Flor. a. b. c. d i. m. et corr. Vat. In Vind. *Φ*. Ambr. est *τὸ δέ τοι αὖ τὰ λ.* Ven. *Π*. habet *τὸ δὲ τοιαῦτα λεγόμενα*. Mox Steph. *μὴ* ante *προαφίστασθαι* temere omisit, Cornario obsecutus.

qua morientes credebant futura divinare.

τούτου γε ἕνεκα] H. e. si res ex eo pendet, si hoc spectatur. v. ad Remp. I. p. 329. B. 337. D. Tum advertas dictionem: *οἱ ἄνδρες ἕνδεκα*, quae idem valet quod simplex formula *οἱ ἕνδεκα*. Efficiunt enim *ἄνδρες ἕνδεκα* unam notionem, ut articulus recte potuerit isto modo praemitti. Mox quod dicitur *ὃ ἀπορῶ*, alia huius structurae exempla collegit Heindorf. ad Cratyl. p. 409. D.

C. *ὅδε*] Cebes. Deinde *ἀποδέχεσθαι* probandi, assentiendi significatione positum, ut saepe.

καὶ μὴ προαφ.] Haec ab Simmia adiiciuntur, ut intelligatur, quid sit *παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν*, quae scita est Fischeri observatio. Itaque non est quod cum Stephano et Forstero *μὴ* deleamus. Nam *μὴ προαφίστασθαι* in unam notionem coit, ut particulae *μή οὐ* etiam ad haec verba referenda sint. Quum autem *μὴ οὐ* ibi ponatur, ubi sententia negativa negatur, sicuti primus observavit Hermann. Mus. Antiquit. Stud. p. 220., facile intelligitur verba *πάνυ μαλθακοῦ ἀνδρὸς εἶναι* idem valere quod *ἄνανδρον εἶναι*. Sententia loci haec est: si quis non omni modo rem exploret, et non prius desistat, quam fessus sit veri investigatione, id parum virile esse. Ceterum similiter Politic. c. 25.

ξασθαι, ἢ μαθεῖν ὅπῃ ἔχει ἢ εὑρεῖν, ἤ, εἰ ταῦτα ἀδύνατον, τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λό-
D γων λαβόντα καὶ δυςεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥςπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον καὶ ἀκιν-

D. *ὀχήματος ἢ λόγου θείου*] Tur. ἢ om. de sententia Heindorfii. male.

δέον — μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς εἰδῇ πάσας. — *ἀπειπεῖν, ἀπαυδᾶν, ἀπαγορεύειν* dicuntur ii, qui defatigantur eoque rediguntur, ut negent se amplius ferre aliquid posse; qui desperant aut diffidunt se aliquid facere posse.

διαπλεῦσαι τὸν βίον] Dictionem *διαπλεῦσαι τὸν βίον*, ab optimis quibusque scriptoribus frequentatam, illustrarunt praeter alios Wesseling. ad Herodot. V. 6. et Toup. ad Suid. I. p. 20. Similiter Cicero Tuscul. I. 30. Itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa reverens, tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio. ubi v. Davisius.

ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου] Hic quoque locus interpretes multum vexavit, usque dum ei Car. Fr. Hermanni doctrina et ingenium lucem diu desideratam attulit. Is enim in Comment. De magistris Socratis p. 37. De Menone p. VIII. et in libro: Abhandlungen u. Beiträge zur klass. Philol. p. 82. scite observavit *θεῖον λόγον* non esse alium, quam qui divino beneficio atque *θείᾳ μοίρᾳ* hominibus obtingat. Itaque intelligitur *δόξα ὀρθή*, quam Platonem constat ita tribuisse mortalibus, ut eam totam a *θείᾳ μοίρᾳ* repeteret. Quod qua ratione ita statuerit et indicaverit, copiosius exposuimus in Comment. De gradibus virtutum secundum Platonem Lipsiae 1844. nomine Scholae Thomanae edita p. 19 sqq. Enimvero ut paucis dicamus, quod res est, praeter veri scientiam, *ἐπιστήμην*, certis et exploratis philosophiae rationibus confirmatam, quae unis sapientibus esset propria, philosophus statuit etiam rectam opinionem (*δόξαν ὀρθήν*), quae etiamsi non illius constantiam et firmitatem haberet, tamen proxime ad eius laudem accederet et in rebus humanis saepe longe esset utilissima. Eam autem voluit homini divina quasi sorte, *θείᾳ μοίρᾳ*, obtingere, quoniam non aliunde proficisceretur quam a praestanti quadam naturae indole et ingenii felicitate, qua quis tamquam inscius ad verum rectumque deferretur. Quam quidem *εὐδοξίαν*, h. e. recte opinandi feliciterque divinandi facultatem, praeclare descripsit in Menone p. 94. E. — 96. D. sqq. atque claris verbis ibidem p. 100. B. *θείᾳ μοίρᾳ* attribuit. Rectam opinionem vero etiam alibi illustravit, veluti Republ. V. p. 479 B. C. 476. D. sqq. Symp. 202. A. sqq. Theaet. p. 190. A. sqq. Phileb p. 37. A. 599. Soph. p. 263 sqq. Quocirca *θείους* esse et *θείᾳ μοίρᾳ* aliquid facere iudicavit subinde eos, qui singulari quadam praediti ingenii felicitate veluti coeco quodam mentis animique instinctu sponte reperirent et

δυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι. καὶ δὴ καὶ νῦν ἔγωγε οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι ἐρέσθαι, ἐπειδὴ καὶ σὺ ταῦτα λέγεις, οὐδὲ ἐμαυτὸν αἰτιάσομαι ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ, ὅτι νῦν οὐκ εἶπον ἃ ἐμοὶ δοκεῖ. ἐμοὶ γάρ, ὦ Σώκρατες, ἐπει-

ἃ ἐμοὶ δοκεῖ] V. μοι, invitis Bodl. Ven. ΞΠ. Vind. Y. Deinde Aug. ἐμοὶ μὲν γὰρ ὦ Σ., probante Heindorfio.

assequerentur, quod verum, rectum ac laudabile esset; v Ion. p. 534 A. B. C. 536. D. Apolog. Socr. p. 22. A. Men. p. 99. C. D. E. al. Atque similiter etiam ea, quae isto modo hominibus obtingerent, et θεῖα dixit et θείᾳ μοίρᾳ iis tributa iudicavit. Unde memoratur θεία φύσις De Rep. II. p. 366. C. VI. p 493. A. coll. 492. A. et 499. B., et τῆς θείας μοίρας saepius eo nomine mentio fit, Phaedr. p. 244. C. Prot. p. 322. A. Apol. Socr. p. 33. C. Quibus ita expositis sponte intellectum iri existimamus, hoc loco quinam dicatur θεῖος λόγος. Est enim ratio divina quadam naturae praestantia ac felicitate inventa, sive recta opinio, in quam quis vel sine philosophiae studio mera mentis animique bonitate devenerit, quaque commode uti possit ad vitam bene tranquilleque degendam. Quod ubi ita statuerimus, universus locus continuo erit ad intelligendum facillimus. Etenim βεβαιότερον ὄχημα manifestum est pertinere ad veritatis scientiam, quam philosophus ἐπιστήμην vocavit; θεῖος λόγος autem est inter τοὺς ἀνθρωπίνους λόγους, h. e. rationes, quas vulgo sequuntur homines, etiamsi non ad certae exploratae que veritatis rationem studio sapientiae partam pervenerint. Itaque sententia verborum denique huc redit: oportere, si fieri non possit, ut quis veram uoscat aut exquirat rationem, certe quidem optimam humanarum rationum accipere eaque tamquam rate aliqua fretum couari per vitae pelagus navigare, nisi quis possit tutius id facere in firmiore vehens vehiculo (veri scientia et cognitione) quam recta aliqua opinione divinitus quasi suscepta adiutus ac sustentatus. Ne vero haereas in isto: ἢ μαθεῖν, ὅπῃ ἔχει, ἢ εὑρεῖν, conf. Cratyl. p. 438. A. ἐκ ποίων ὀνομάτων ἢ μεμαθηκὼς ἢ εὑρηκὼς ἦν τὰ πράγματα; Ibid. p. 439. B. ὅντινα τοίνυν τρόπον δεῖ μανθάνειν ἢ εὑρίσκειν τὰ ὄντα. Alcib. I. 112. D. οὔτε μαθὼν φαίνει παρ' οὐδενὸς οὔτ' αὐτὸς ἐξευρών. Ibid. 106. B. Lachet. p. 186. E. οὔτε γὰρ εὑρετὴς οὔτε μαθητὴς οὐδενὸς περὶ τῶν τοιούτων γεγονέναι. Phaedon. c. 47. οὔτ' ἄρ' αὐτὸς εὑρεῖν οὔτε παρ' ἄλλου μαθεῖν οἷός τ' ἐγενόμην. Menon. p. 86. B. C. Legg. XII. p. 968. D. Nimirum significantur hac formula duae veri rectique adipiscendi viae et rationes, altera discendi, altera quaerendi ac scrutandi. Unde De Rep. X. p. 618. C. τούτου τοῦ μαθήματος καὶ ζητητὴς καὶ μαθητὴς ἔσται, ἐάν ποθεν οἷός τ' ᾖ μαθεῖν καὶ ἐξευρεῖν. Sed hoc apud Platonem minime infrequens est. Ceterum patet, istis: εἰ μή τις δύναιτο etc. iterari atque explicari quod antecessit: εἰ ταῦτα ἀδύνατον. Repetita igitur hic

δὴ καὶ πρὸς ἐμαυτὸν καὶ πρὸς τόνδε σκοπῶ, τὰ εἰρημένα οὐ πάνυ φαίνεται ἱκανῶς εἰρῆσθαι.

E Cap. XXXVI. *Καὶ ὁ Σωκράτης, Ἴσως γάρ, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, ἀληθῆ σοι φαίνεται· ἀλλὰ λέγε, ὅπῃ δὴ οὐχ ἱκανῶς. Ταύτῃ ἔμοιγε, ἦ δ' ὅς, ᾗ δὴ καὶ περὶ ἁρμονίας ἄν τις καὶ λύρας τε καὶ χορδῶν τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον εἴποι, ὡς ἡ μὲν ἁρμονία ἀόρατόν τι καὶ ἀσώματον καὶ πάγκαλόν τι καὶ θεῖόν ἐστιν ἐν τῇ*

E. *ᾗ δὴ καὶ περὶ ἁρμ.*] Libri ἤδη. Correxit Forsterus.
ἀόρατόν τι καὶ ἀσώματον] τι om. Coisl. Ven. Δ. Par. CEHIM. Aug. Flor. a. b. c. i m. Bekkerus alterum illud τι post πάγκαλον illatum uncis seclusit tanquam suspectum. Sed repetitio voculae eo defendi potest, quod duo discernuntur praedicatorum genera, ἀόρατον καὶ ἀσώματον, et πάγκαλον καὶ θεῖον. p. 93. A. οὐδὲ μὴν ποιεῖν τι οὐδέ τι πάσχειν. p. 103. D. ἕτερόν τι πυρὸς τὸ θερμὸν καὶ ἕτερόν τι χιόνος τὸ ψυχρόν.
P. 86. *σώματά τε καὶ σωμ.*] V. σῶμά τε. Pluralem suppeditarunt Bodl. Vat. Tub. Ven. ΞΠ. Vind. 1. 2. 4. 5. 6. Flor. d. Par. G. Ambr. al. et editt. Bass.

quoque protasis enuntiati hypothetici est, de qua loquendi ratione ad p. 67. E. exposuimus.

πρὸς ἐμαυτὸν καὶ πρὸς τόνδε σκοπῶ] h. e. quando et mecum haec animo reputo, et cum hoc una considero.

Cap. XXXVI. E. *ᾗ δὴ καὶ περὶ ἁρμ.*] h. e. quatenus quis idem illud etiam de lyra — dicere possit.

ἡρμοσμένη λύρα] est lyra modulata, eine gestimmte Lyra.

P. 86. *ἐπειδὰν οὖν ἢ κατάξῃ —*] Haec usque ad verba πρίν τι ἐκείνην παθεῖν protasin continent, cuius apodosis etsi reticetur, tamen inferius ad sensum subiicitur inde a verbis ὅρα οὖν πρὸς τοῦτον τὸν λόγον κ. τ. λ. ita quidem ut etiam verborum: καὶ γὰρ οὖν, ὦ Σώκρατες, ἢ κατακαυθῇ ἢ κατασαπῇ, per liberiorem quandam orationis conformationem et quasi παρενθέτως interiectorum ratio ducatur.

τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὥσπερ σύ] Cave cum Forstero et Fischero ᾧπερ scribendum opineris. Priscianus XVIII. p. 1195. „Demosthenes ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῷ, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δικαζόμενοι, ἀντὶ τοῦ ὅνπερ" Platon. Legg. p. 671. C. τοῦτον δὲ εἶναι τὸν πλάστην τὸν αὐτόν, ὥσπερ τότε. Lysid. p. 209. C. τῷ γείτονι ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς ὅρος, ὥσπερ τῷ πατρί; Xenoph. Anabas. I. 10, 10. καὶ δὴ βασιλεὺς — εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, ὥσπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνῄει. Cf. Heindorf. ad h. l. Lobeck. ad Phrynich. p. 426 sq. Reisig. ad Sophocl. Oed. Colon. v. 903. et Bremius ad Demosthen. de Cherson. p. 93. 15. ed. Reisk. Apparat. Critic. et Exeget. a Schaefero instruct. T. I. p. 498. Eodem modo positum etiam καθάπερ Legg. VI. p. 756. E IX. p. 869. D.

ἡρμοσμένῃ λύρᾳ, αὐτὴ δ' ἡ λύρα καὶ αἱ χορδαὶ σώματά 86
τε καὶ σωματοειδῆ καὶ ξύνθετα καὶ γεώδη ἐστὶ καὶ τοῦ θνητοῦ ξυγγενῆ. ἐπειδὰν οὖν ἢ κατάξῃ τις τὴν λύραν ἢ διατέμῃ ἢ καὶ διαῤῥήξῃ τὰς χορδάς, εἴ τις διισχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὥςπερ σύ, ὡς ἀνάγκη ἔτι εἶναι τὴν ἁρμονίαν ἐκείνην καὶ μὴ ἀπολωλέναι — οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη τὴν μὲν λύραν ἔτι εἶναι διεῤῥωγυιῶν τῶν χορδῶν καὶ τὰς χορδὰς θνητοειδεῖς

ξύνθετα καὶ γεώδη] V. *ξύνθετά τε καὶ γ.* Sed om. *τε* Bodl. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Flor. d. Zitt. Aug. alii cum ed. Bas. 2. Deinceps vett. editt. *καὶ ἔστι* pro *ἐστὶ καί*, quod libri plurimi atque optimi confirmant.

ἢ κατάξῃ] Vat. pr. *κατατάξῃ*. Vat. ex corr. *κατεάξῃ*, de qua forma v. Taylor. ad Lys. p. 156. et Heindorf. ad h. l. Dein vett. editt. *διατέμῃ καὶ διαῤῥήξῃ*, quod e Ven. *Π*. praeeunte Bekkero mutavimus. In Coisl. Ven. *Λ*. Vind. *Φ*. Par. C E G H L. Ambr. Aug. Flor. b. c. d. m. scriptum exstat *διατέμῃ ἢ διαῤῥ.* omisso *καί*.

μηχανὴ ἂν εἴη] Bekkerus *ἂν* uncis inclusit. v. ann.

873. B. 874. A. al. quod qui attenderint, ii non iam amplius *ὥςπερ* in illis locis in pronomen relativum mutatum ibunt.

οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη —] Haec si pertinent ad orationem obliquam, *ἂν* cum I. Bekkero delendum est. Sic enim Phileb. p. 58. A. *ἤκουον — Γοργίου πολλάκις, ὡς ἡ τοῦ πείθειν δύναμις πολὺ διαφέρει πασῶν τεχνῶν· πάντα γὰρ ὑφ' αὑτῇ δοῦλα — ποιοῖτο*, ubi v. quae annotavimus. Charmid. p. 155 E. De Rep. IV. p. 420. C. V. p. 493. B. C. X. p. 614. D. Xenoph. Cyrop. I. 1, 2. Demosthen. Olynth. I. p. 15. l. 20. ed. Reisk. et innumeris aliis locis v. etiam Schaefer Apparat. ad Demosthen. 1 p. 216. Hermann. De part. *ἂν* p. 139. Matthiae Gr. §. 529. 3. Verum ut cautius de hac re statuamus, codd. manu scriptorum consensus suadet. Suadent etiam talia, qualia leguntur infra p. p. 87. E. *ἀναγκαῖον μέντ' ἂν εἴη — προτέραν ἀπόλλυσθαι· ἀπολομένης δὲ τῆς ψυχῆς τότ' ἤδη τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας ἐπιδεικνύοι τὸ σῶμα*; ubi Heindorfius perperam post *φύσιν* putabat *ἂν* excidisse: et de Legg. IV. p. 719. B. *σμικροῦ δὴ πρόσθεν ἆρα οὐκ ἠκούσαμέν σου λέγοντος, ὡς τὸν νομοθέτην οὐ δεῖ τοῖς ποιηταῖς ἐπιτρέπειν ποιεῖν ὃ ἂν αὐτοῖς ᾖ φίλον; οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν τί ποτ' ἐναντίον τοῖς νόμοις ἂν λέγοντες βλάπτοιεν τὴν πόλιν*, ubi item codd. omnes *ἂν* tuentur. Videlicet talium locorum sententia est *ὑποθετικῶς* accipienda, ita ut locum habere putetur rectae atque obliquae orationis tamquam permixtio quaedam, quam nec Platonem refugisse certissimis constat rei exemplis, qualia in hoc ipso libro extant complura, ut p. 95. D. 87. E. p. 90. B. v. etiam ad Sympos. p. 210. B. Quocirca h. l. Simmias existimandus est verba: *οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη — πρίν τι ἐκείνην παθεῖν*, per parenthesin de suo adiicere, quo sententia alterius clarius

οὔσας, τὴν δὲ ἁρμονίαν ἀπολωλέναι τὴν τοῦ θείου
B τε καὶ ἀθανάτου ὁμοφυᾶ τε καὶ ξυγγενῆ, προτέραν
τοῦ θνητοῦ ἀπολομένην —, ἀλλὰ φαίη, ὡς ἀνάγκη ἔτι
που εἶναι αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν, καὶ πρότερον τὰ ξύλα τε καὶ τὰς χορδὰς κατασαπήσεσθαι, πρίν τι ἐκείνην παθεῖν· καὶ γὰρ οὖν, ὦ Σώκρατες, οἶμαι ἔγωγε καὶ αὐτόν σε τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι τοιοῦτόν τι μάλιστα ὑπολαμβάνομεν τὴν ψυχὴν εἶναι, ὥςπερ ἐντεταμένου τοῦ σώματος ἡμῶν καὶ ξυνεχομένου ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ τοιούτων τινῶν, κρᾶσιν εἶναι καὶ ἁρμονίαν αὐ-
C τῶν τούτων τὴν ψυχὴν ἡμῶν, ἐπειδὰν ταῦτα καλῶς
καὶ μετρίως κραθῇ πρὸς ἄλληλα. εἰ οὖν τυγχάνει ἡ ψυχὴ οὖσα ἁρμονία τις, δῆλον ὅτι, ὅταν χαλασθῇ

ὁμοφυᾶ] Sic Par. Flor. a. c. m. et corr. Vind. Φ. Legebatur ὁμοφυῆ, quod tenent mordicus Turicenses.

B. φαίη ὡς ἀνάγκη] ὡς additum e Vat. Par. C. Ven. Π. Flor. c. d. m. Vulgo erat: φαίη· Ἀνάγκη ἔτι που κ. τ. λ., quae transitio ad rectam orationem merito displicuit. Turicenses ὡς omisso de coniectura Baiteri scripserunt φαίη ἀνάγκη ἔτι.

τὰ ξύλα τε καὶ τὰς χορδὰς] particulam τὲ, omissam vulgo, recepi ex Vat. Ven. Ξ. Vind. ΥΦ. Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt. In Bodl. τε superscriptum.

ὅτι τοιοῦτόν τι] Sic codd. plerique omnes pro vulg. ὅτι τοιοῦτό τι.

C. εἰ οὖν τυγχάνει] Sic Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. Ξ. Vind. Υ. Par. GHFL. Aug. Florentini sex, Zitt. sl. Legebatur τυγχάνῃ.

illustretur. Ceterum Stephanus cur pro γάρ desideraverit γε, caussam nullam videmus.

B. ἀλλὰ φαίη, ὡς ἀνάγκη —] Liberiore usus est orationis forma. Nam ἀλλὰ dicitur quasi praecessisset εἴ τις ἀγνοοῖτο μὴ ἀπολωλέναι. Etenim haec quoque cum εἴ τις cohaerent. Quocirca non opus est coniectura Heindorfii, qui ex scriptura cod. Augustani, ἀλλὰ φαίη ἄν τις, ἔτι που εἶναι, eruit hanc lectionem: ἀλλά, φαίη ἄν τις, ἀνάγκη ἔτι που ε., ut iam hinc deflectere incipiat sermo ab instituta ratione liberiusque vagari, donec infra inde a verbis ὅρα οὖν in ordinem quasi revocetur.

τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι] h. e. tecum reputasse, ita ut in animo tuo quasi resideat huius rei cogitatio. Quod moneo ideo, quia Fischerum video ἐνθυμεῖσθαι coniecisse.

ὥςπερ ἐντεταμένου — καὶ ὑγροῦ] Explicant haec usque ad τὴν ψυχὴν ἡμῶν praegressum illud τοιοῦτόν τι. Ceterum nemo non videt Simmiam hanc sen-

τὸ σῶμα ἡμῶν ἀμέτρως ἢ ἐπιταθῇ ὑπὸ νόσων καὶ ἄλλων κακῶν, τὴν μὲν ψυχὴν ἀνάγκη εὐθὺς ὑπάρχει ἀπολωλέναι, καίπερ οὖσαν θειοτάτην, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ ἐν τοῖς τῶν δημιουργῶν ἔργοις πᾶσι, τὰ δὲ λείψανα τοῦ σώματος ἑκάστου πολὺν χρόνον παραμένειν, ἕως ἂν ἢ κατακαυθῇ ἢ κατασαπῇ. ὅρα οὖν πρὸς τοῦτον D τὸν λόγον τί φήσομεν, ἐάν τις ἀξιοῖ κρᾶσιν οὖσαν τὴν ψυχὴν τῶν ἐν τῷ σώματι ἐν τῷ καλουμένῳ θανάτῳ πρώτην ἀπόλλυσθαι.

Cap. XXXVII. Διαβλέψας οὖν ὁ Σωκράτης, ὥσπερ τὰ πολλὰ εἰώθει, καὶ μειδιάσας, Δίκαια μέντοι, ἔφη, λέγει ὁ Σιμμίας. εἰ οὖν τις ὑμῶν εὐπορώ-

ἢ ἐπιταθῇ] ὑποταθῇ Bodl. Coisl. Ven. Π. Vind. Y. Par. G. Aug.

εὐθὺς ὑπάρχει] Plurimi libri cum. Bodl. ὑπάρχειν. Quod si verum est, ex corr. Ven. Δ. ἀνάγκην scribendum. Sed vera est lectio vulgata.

καὶ ἐν τοῖς τῶν δ.] καὶ αἱ ἐν τ. Iterato articulo Bodl. Vat. Vind. Y. Ven. Π. Flor. d. Zitt. Vereor tamen ne is ex correctione originem duxerit. v. ann.

D. Διαβλέψας οὖν] Vett. editt. διαβλεψάμενος invitis Bodl. Coisl. Ven. ΞΔΠ. Tub. Aug Ven. 2 3. Par. CEHIL. Flor. a. b. c. d. i. m. Vulgatum Bodl. in marg. adscriptum habet.

λέγει ὁ Σιμμίας] Articulum praebuerunt Bodl. Ven. ΣΠ. Vind. YΦ. Par. G. Tub. Flor. d. Zitt.

tentiam ita commemorare, ut eam appareat fuisse tum admodum pervulgatam. De eius patronis ac defensoribus disputavit ad h. l. Wyttenbach, qui illam docte demonstrat Parmenidi, Zenoni Eleatae, Dicaearcho, aliis, placuisse. v. Aristotel. de Anima. 4. Metaph. IV. 5. Diogen. Laert. IX. 29. Nemes De nat. hom. p. 41. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. Cic. Tusc. I. 10. Acad. II. 39. Lucret. III. v. 98—105. ibique intpp.

C. αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ ἐν τοῖς τῶν δ.] Articulus quia ad utrumque membrum pertinet, τε primae statim adhaesit voci, neque αἱ post καὶ iterandum est. v. ad Hipp. mai. p. 283. A. Criton. p. 43. B.

Cap. XXXVII. D. Δίκαια μέντοι, ἔφη, λ.] In his μέντοι, ut Lat. vero, affirmandi potestatem habet, ut p. 68. B. p. 73. D. p. 81. D. Sophist. p. 245. B. Aristoph. Equitt. v. 178. Xenoph. Cyrop. I 4, 19. al.

τερος ἐμοῦ, τί οὐκ ἀπεκρίνατο; καὶ γὰρ οὐ φαύλως ἔοικεν ἁπτομένῳ τοῦ λόγου. δοκεῖ μέντοι μοι χρῆναι πρὸ τῆς ἀποκρίσεως ἔτι πρότερον Κέβητος
E ἀκοῦσαι, τί αὖ ὅδε ἐγκαλεῖ τῷ λόγῳ, ἵνα χρόνου ἐγγενομένου βουλευσώμεθα τί ἐροῦμεν, ἔπειτα ἀκούσαντας ἢ ξυγχωρεῖν αὐτοῖς, ἐάν τι δοκῶσι προςᾴδειν· ἐὰν δὲ μή, οὕτως ἤδη ὑπερδικεῖν τοῦ λόγου. ἀλλ' ἄγε, ἦ δ' ὅς, ὦ Κέβης, λέγε, τί ἦν ὃ σὲ αὖ θρᾶττον ἀπιστίαν παρέχει. Λέγω δή, ἦ δ' ὃς ὁ Κέβης. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ ὁ λόγος εἶναι,

E. *ἔπειτα ἀκούσαντες*] V. *ἔπειτα δὲ ἀκ.* sed *δὲ* ignorant Coisl. Vat. Tub. Ven. *ΔΠ.* Vind. *Φ.* Par. EGHIL. Ambr. Aug. Flor. a. b. c. d i. conf. annot.

ἀλλ' ἄγε, ἦ δ' ὅς, ὦ Κ.] V. *ἀλλά γε*, quod Bekker. e Ven. *Π.* emendavit. Aug. *ἀλλ' ἄγε δή.*

τί ἦν ὃ σὲ αὖ θρ.] V. *τί ἦν τὸ σὲ αὖ θρ.* quod ex Aug. Par. L. et Ven. *Π.* emendatum. Verum iam Stephan. coniectura assecutus erat.

Λέγω δή] V. *δέ*, invitis libris paene omnibus.

τί οὐκ ἀπεκρίνατο;] h. e. is quantocius respondeat. Bene Weiskius ad Xenoph. Cyrop. II. 1, 4. haec, inquit, interrogatio alacritatem quandam animi et aviditatem aciendi exprimit v. ad Phileb. p. 54. B.

οὐχ ἡ Γλαύκου — τέχνη] Proverbium de rebus non multum ingenii et sollertiae requirentibus usurpatum. De origine eius et causis multum inter se dissentiunt grammatici, Diogenian. Prov. IV. 8. Zenobius II. 91. Suidas in voc. Schol. ad h. l. alii, quorum opiniones recensuerunt Fischer. et Heindorf., qui scribendum censet οὐχὶ Γλαύκου τέχνη. conf. Xenoph. Mem. I. 7, 3.

ἅμα μὲν ἐγώ] Xenoph. Cyrop. III. 1, 2. ἅμα μὲν διέπεμπεν ἀθροίζων τὴν αὑτοῦ δύναμιν, — ἅμα δὲ ἔπεμπεν εἰς τὰ ὄρη κ. τ. λ. Ibid. IV. 1, 13. Anab. III. 4, 11. Sed frequentior est haec loquendi ratio, quam ut exemplis illustranda sit. Rarior eadem apud scriptores Latinos. Livius III. 50. Decemviri simul iis, quae videbant, simul his, quae acta Romae audierant, perturbati. Ibid. XXXI. 46. simul minarum, simul promissionum in futurum memores. Mox καὶ ταῦτα ἀρκεῖ est vel haec sufficiunt. v. ad Reip. VI. p. 506. D. VIII. p. 548. D. Menex. p. 247. C. Hipp. mai p. 302 B. Alibi fere ordine inverso dicitur ἀρκεῖ καὶ ταῦτα.

E τῆς γῆς, οἵαν πέπεισμαι εἶναι, καὶ τοὺς τόπους αὐτῆς οὐδέν με κωλύει λέγειν. Ἀλλ', ἔφη ὁ Σιμμίας, καὶ ταῦτα ἀρκεῖ.

Πέπεισμαι τοίνυν, ἦ δ' ὅς, ἐγώ, ὡς πρῶτον μέν, εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερὴς οὖσα, μηδὲν
109 αὐτῇ δεῖν μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν μήτε ἄλλης ἀνάγκης μηδεμιᾶς τοιαύτης, ἀλλὰ ἱκανὴν εἶναι αὐτὴν ἴσχειν τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ ἑαυτῷ πάντῃ

E. *οἵαν πέπεισμαι*] Vett. editt. *πέπυσμαι*, invitis codicibus.

P 109. *ἀλλὰ ἱκανὴν εἶναι*] V. *ἱκανήν γε*. Omisimus *γε* cum Bodl. Vat. Tub. Ven. *ΔΠ*. Vind. *Φ*. Par. CEHIL. Ambr. Aug. Flor. a. b. c d. i. m. In Bodl. supra versum adscriptum legitur. Coisl. Par. G. *τε* habent. Mox Coisl. Par. G *αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ*.

πρῶτον μὲν τοίνυν] *τοίνυν*, quod editt. ante Bekkerum negligunt, additum est e Tubing. Coisl. Vat. Ven. *Δ*. Vind. *Φ*. Par EGHIL. Ambr. Flor. a. b. c. d. i. m. Euseb. habet: *πρῶ-*

E. *ὡς πρῶτον — μηδὲν αὐτῇ δεῖν*] Particulam *ὡς* infinitivus recte sequitur. v. Xenoph. Cyrop. I. 6, 18. Hellen. VI. 5, 42. coll. annot. ad c. VIII. p. 63. C.

εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τ. οὐρ.] „Ita eam collocari statuit Socrates ap. Aeschinem. p. 112. ed. Clerc. et Plato in Timaeo p. 40. An vero ibi secundum hunc circa centrum suum volvatur, an prorsus quiescat, inter Aristotelem de Coelo II. 13. et Proclum in Tim p. 280 sqq. nequaquam convenit." Forsterus. Proclus hoc loco utitur ad refutandos eos, qui ex Timaeo colligi posse putabant, Platonem statuisse terram circum mundi polum rotari neque immotam stare. De qua re vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 69 — 72. Wyttenbach. Annot. ad Bakii Posidonium p. 61. et Boeckh. de Platonico Systemate Coelestium Globorum p. VII — XI.

P 109. *ἀλλὰ ἱκανὴν εἶναι —*] h. e. *ἀλλὰ τὸ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἑαυτῷ πάντῃ ὅμοιον εἶναι καὶ τὴν γῆν αὐτὴν ἰσόῤῥοπον ἱκανὸν εἶναι*, intell. ad eam sustinendam. Dativus *ἑαυτῷ* pendet e nomine *ὁμοιότης*. Theaet. p. 176. B. *φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν*. Plura id genus dedimus ad Euthyphron. p. 13. D. et 15. A. Voc. *ἰσόῤῥοπον* Hesychius interpretatur v. *ἰσοβαρές, ἴσον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μὴ ῥεπόντων ζυγῶν, καὶ ἰσόσταθμον ἢ ὅμοιον*. Cogitandum de terrae aequilibritate. Sententiam recte expressit Stephanus his verbis: verum ad eam retinendam satis esse, quod coelum sibi quaquaversus simile sit, et quod ipsa sit aequilibris. Cicero de Nat. Deor. II. 39. ac principio terra universa cernatur, locata in media sede mundi, solida et globosa, et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata. De Orat. III. 45.

καὶ τῆς γῆς αὐτῆς τὴν ἰσοῤῥοπίαν· ἰσόῤῥοπον γὰρ πρᾶγμα ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν οὐχ ἕξει μᾶλλον οὐδ' ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι, ὁμοίως δ' ἔχον ἀκλινὲς μενεῖ. πρῶτον μὲν τοίνυν, ἦ δ' ὅς, τοῦτο πέπεισμαι. Καὶ ὀρθῶς γε, ἔφη ὁ Σιμμίας. Ἔτι τοίνυν, ἔφη, πάμμεγά τι εἶναι αὐτό, καὶ ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμι- B
κρῷ τινι μορίῳ, ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας ἢ βα-

τον μὲν δή. Antiquum servarunt nuperi editores. Verba *ἦ δ' ὅς* om. Coisl. Vat. Vindob. Φ. Par. G. Ambr. Flor. a. d. Alii post *πέπεισμαι* collocant, ut Ven. Δ Par. CEHIL. Flor. b. c. i m. Paullo ante vulgo erat *ἀκλινὲς μένει*, invitis codicibus.

μέχρι Ἡρακλείων] V. *μέχρις*. Illud praestant Bodl. Tub. Coisl. Vat Ven. ΔΠ. Vind. Φ. Par. CGHI. Ambr. Aug Florentini, Zitt. Recte vett. grammatici praecipiunt *μέχρι* et *ἄχρι* etism ante vocales litteras tenendum esse. v. Phrynich. p. 14. ibique Lobeck. Apud Platonem rari sunt loci, in quibus *μέχρις* codicum auctoritate vel mediocriter firmetur. Itaque ille ubique *ἄχρι* et *μέχρι* scripsisse videtur.

incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse huius totius mundi atque naturae, rotundum ut coelum, terraque ut media sit, eaque sua vi nutuque teneatur. Plura Wyttenbachius ad h. l. Qui tamen quod statuit Platonem secum ipso discrepare, quippe qui in Timaeo p. 40. B. terram non in medio esse neque immotam manere, sed circa mundi polum versari statuerit, in eo nonnihil fallitur, de qua re v. Boeckh. De system. coelestium globorum p. VII. seqq. et quae nos ad Timaei locum exposuimus.

ὁμοίου τινός] h. e. eius quod sibi ipsum simile est, ut Tim. p. 42. C. 67. B. al.

πάμμεγά τι εἶναι αὐτό] Referas *αὐτὸ* ad *τὴν γῆν*. Supra p. 88. A. *οὕτω γὰρ αὐτὸ φύσει ἰσχυρὸν εἶναι*, intell. *τὴν ψυχήν*, ubi v. annot.

B. *τοὺς μέχρι Ἡρακλ. — θάλατταν οἰκοῦντας*] *τοὺς μέχρι Ἡρ. ἀπὸ Φάσιδος*, nos qui terram habitemus inde a Phaside usque ad columnas Herculis, h. e. qui Europam incolamus. Nam Europa ab occidente columnis Herculis terminabatur, de quibus vide Fischeri Iudic ad Palaephat. v *Ἡράκλειοι στῆλαι*; ab oriente autem a multis credebatur terminari Phaside, fluvio Colchidos. v. Herodot. IV. 45. Itaque ab Aristide T. II. p 307 ed. Cant. Europaei dicuntur *ὅσοι στηλῶν Ἡρακλέους ἐντὸς καὶ ποταμοῦ Φάσιδος*. Verba *περὶ τὴν θάλατταν οἰκοῦντας* pertinent ad *ἡμᾶς*, non ad *βατράχους*. Vocatur autem *ἡ θάλαττα* simpliciter mare internum, quod hoc loco inde a Ponto usque ad columnas Herculis pertinere iudicatur. Usum loquendi habes etiam Menex. p. 239. E., aliunde eundem illustrarunt Markland. ad Max. Tyr. p. 709. Schweighaeuser. ad Appian. Prooem. c. I.

τράχους, περὶ τὴν θάλατταν οἰκοῦντας, καὶ ἄλλους ἄλλοθι πολλοὺς ἐν πολλοῖς τοιούτοις τόποις οἰκεῖν. εἶναι γὰρ πανταχῇ περὶ τὴν γῆν πολλὰ κοῖλα καὶ παντοδαπὰ καὶ τὰς ἰδέας καὶ τὰ μεγέθη, εἰς ἃ ξυνεῤῥυηκέναι τό τε ὕδωρ καὶ τὴν ὁμίχλην καὶ τὸν ἀέρα· αὐτὴν δὲ τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ οὐρανῷ, ἐν ᾧπερ ἐστὶ τὰ ἄστρα, ὃν δὴ
C αἰθέρα ὀνομάζειν τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν· οὗ δὴ ὑποστάθμην ταῦτα εἶναι καὶ ξυῤῥεῖν ἀεὶ εἰς τὰ κοῖλα τῆς γῆς. ἡμᾶς οὖν οἰκοῦντας ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῆς λεληθέναι καὶ οἴεσθαι ἄνω ἐπὶ τῆς γῆς οἰκεῖν, ὥςπερ ἂν εἴ τις ἐν μέσῳ τῷ πυθμένι τοῦ πελάγους οἰκῶν οἴοιτό τε ἐπὶ τῆς

B. ἐν πολλοῖς τοιούτοις] πολλοῖσι. Ven A. Par. EHIL. Flor. b. c. i., quod dedit Bekkerus. Nos in his formarum varietatibus semper meliorum librorum auctoritati obtemperandum statuimus. Ceterum Platonem illa dativi terminatione non raro usum esse satis certo constat.

C. διὰ δὲ βραδυτῆτα] Vat. βραδύτητα. Sed verissime Grammaticus ap. Bastium Epist. Crit. p. 199. observavit nomina βραδυτής, ταχυτής et δηϊοτὴς accentum ferre in syllaba ultima.

Vol. III. p. 110. Larcher. ad Herodot. I. 185. Aptissime vero ad totius terrae, quam fingit, magnitudinem homines comparat cum bestiolis parvissimis, atque mare medium cum palude. Nam τέλμα est τόπος πηλώδης ὕδωρ ἔχων, interprete Etymologo M. et Hesychio.

εἰς ἃ ξυνεῤῥυηκέναι] De infinitivo in oratione obliqua post relativa posito v. ad c. XVI. extr. — ὁμίχλη ἢ ὁμίχλα· ἀὴρ παχύς, σκοτεινός, ἀχλύς, ὑδατώδης σκοτία. Hesychius. Placuit autem veteribus Atticis in quibusdam nominibus litera η pro ᾱ. Eustath. ad. Odyss. X. p. 795. κανονίζει δὲ ὁ αὐτὸς ῥήτωρ (Athenaeus libr. VII. p. 305. B.) καὶ ὅτι Ἀττικοὶ κίχλην διὰ τοῦ η λέγουσιν. καὶ ὁ λόγος οὕτως ἔχει, τὰ γὰρ εἰς λα λήγοντα θηλυκὰ πρὸ τοῦ λ ἕτερον λ ἔχει, σκύλλα, κόλλα, ἅμιλλα, ἄμαλλα, τελλίσιλλα· τὰ δὲ εἰς λη οὐκέτι, ὁμίχλη, φύτλη, γενέθλη. οὕτω καὶ κίχλη ἥ τε ὄρνις καὶ ὁ ἰχθύς. ἀρέσκεται δὲ καὶ τῷ τοιούτῳ κανόνι καὶ Ἡρωδιανός. — Verba αὐτὴν δὲ τὴν γῆν opponuntur τοῖς κοίλοις, ita ut intelligatur ἡ ὡς ἀληθῶς γῆ, ut vocatur infra p. 109. E.

C. οὗ δὴ ὑποστάθμην] Dicitur ὑποστάθμη quidquid subsedit, sedimen, faex. v. Gataker. ad Antonin. IX. 36. Obss. Miscell. Vol. V. p. 230. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 211.

ἡμᾶς οὖν — λεληθέναι] Horum verborum sententiam recte sic declaravit Stephanus: a nobis igitur ignorari

θαλάττης οἰκεῖν καὶ διὰ τοῦ ὕδατος ὁρῶν τὸν ἥλιον
καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα τὴν θάλατταν ἡγοῖτο οὐρανὸν
εἶναι, διὰ δὲ βραδυτῆτά τε καὶ ἀσθένειαν μηδεπώ-
ποτε ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς θαλάττης ἀφιγμένος μηδὲ ἑω- D
ρακὼς εἴη, ἐκδὺς καὶ ἀνακύψας ἐκ τῆς θαλάττης
εἰς τὸν ἐνθάδε τόπον, ὅσῳ καθαρώτερος καὶ καλλίων
τυγχάνει ὢν τοῦ παρὰ σφίσι, μηδὲ ἄλλου ἀκηκοὼς
εἴη τοῦ ἑωρακότος. ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ ἡμᾶς πε-
πονθέναι· οἰκοῦντας γάρ ἔν τινι κοίλῳ τῆς γῆς οἴε-
σθαι ἐπάνω αὐτῆς οἰκεῖν, καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν κα-
λεῖν, ὡς διὰ τούτου οὐρανοῦ ὄντος τὰ ἄστρα χω-
ροῦντα. τὸ δὲ εἶναι τοιοῦτον· ὑπ' ἀσθενείας καὶ
βραδυτῆτος οὐχ οἵους τε εἶναι ἡμᾶς διεξελθεῖν ἐπ' E
ἔσχατον τὸν ἀέρα· ἐπεί, εἴ τις αὐτοῦ ἐπ' ἄκρα ἔλ-

conf. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 336.

D. *τὸ δ' εἶναι τοιοῦτον*] Vulgo: *τὸ δὲ εἶναι ταὐτόν*. Zitt. *ταὐτὸν* omittit. v. explicatt. Deinde Vat. rursus *βραδύτητος*, ut antea.

E. *αὐτοῦ ἐπ' ἀκρά*] *ἀκρὸν* Coisl. Vat. Vind. Φ. Par. CG. Ambr. Flor. a. c d. m. Ante vett. editt. *οὐχ οἵους εἶναι*, invitis codd. fere omnibus.

nos in illis concavitatibus habitare.

ἐν μέσῳ τῷ πυθμένι τ. π.] in imo mari: uam opponuntur *τὰ ἄκρα τῆς θαλάττης*.

D. *τοῦ παρὰ σφίσι*] Exspectas *παρὰ οἷ* vel *παρ' ἑαυτῷ*. Sed ita post *εἴ τις* saepe infertur numerus pluralis. vid. ad Reip. V. p. 344. B. et 468. D.

ὡς διὰ τούτου — χωροῦντα] h. e *οἰόμενοι* s. *νομίζοντες διὰ τούτου* (*τοῦ ἀέρος*) *οὐρανοῦ ὄντος τὰ ἄστρα χωρεῖν*. Constructio eadem est, quae de Republ. IV. p. 612. C. *προαγορεύουσι τοῖς πολίταις τὴν κατάστασιν τῆς πόλεως ὅλην μὴ κινεῖν, ὡς ἀποθανούμενον ὃς ἂν τοῦτο δρᾷ*. Leg. I. 643. D. VI. 762. E. 766. E. 783. D. IX. 853. C. 874. B. X. 886. D. XII. 968. A. Protag. p. 342. C. Theaet. p. 157. E. Xenoph. Hellen. II. 3, 19. ubi post *ὥσπερ* et participium in altero membro subiungitur optativus. In his et similibus locis ponitur accusativus participii propterea, quod in *ὡς* inest notio verbi *ἡγούμενος*, *νομίζων*, *οἰόμενος* v. Matthiae §. 565. 3.

τὸ δὲ εἶναι τοιοῦτον· ὑπ' ἀσθ.] Vulgo *ταὐτόν* pro *τοιοῦτον*. Eusebius *τοῦτον* pro *ταὐτόν* exhibet. Unde Heindorf. correxit: *τὸ δὲ εἶναι τοιοῦτον· ὑπ' ἀσθενείας κ. β.* quum tamen res ita se habeat, ut propter imbecillitatem — ad extremum aërem emergere nequeamus. Ficinus haec ita convertit: idque nobis accidere propterea, quod propter im-

θοι ἢ πτηνὸς γενόμενος ἀνάπτοιτο, κατιδεῖν * ἂν * ἀνακύψαντα, ὥσπερ ἐνθάδε οἱ ἐκ τῆς θαλάττης ἰχθύες ἀνακύπτοντες ὁρῶσι τὰ ἐνθάδε, οὕτως ἄν τινα καὶ τὰ ἐκεῖ κατιδεῖν, καὶ εἰ ἡ φύσις ἱκανὴ εἴη ἀνέχεσθαι θεωροῦσα, γνῶναι ἄν, ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν
110 ὁ ἀληθῶς οὐρανὸς καὶ τὸ ἀληθῶς φῶς καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς γῆ. ἥδε μὲν γὰρ ἡ γῆ καὶ οἱ λίθοι καὶ ἅπας ὁ τόπος ὁ ἐνθάδε διεφθαρμένα ἐστὶ καὶ καταβεβρωμένα, ὥσπερ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ ὑπὸ τῆς ἅλμης· καὶ οὔτε φύεται οὐδὲν ἄξιον λόγου ἐν τῇ θαλάττῃ, οὔτε τέλειον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδέν ἐστι, σή-

κατιδεῖν ἂν ἀνακύψαντα] ἂν hic cum Heindorfio et Bekkero de Stephani coniectura inseruimus. Sequitur enim mox in epanalepsi: οὕτως ἄν τινα καὶ τὰ ἐκεῖ κατιδεῖν, quo loco scribae servarunt voculam quippe finitimae syllabae similitudine non in fraudem inducti. Paullo ante Bodl. Tub. Coisl. Vat. Par. 1. Aug. ἀνάπτοιτο, quod recepit Fischer.

ἀνέχεσθαι θεωροῦσα] Sic Bodl. Tub. Ven. *Π*. Vind. *Y*. Par. 1. Flor. c. Zitt. Euseb. Legebatur olim ἀνασχέσθαι.

ὁ ἀληθῶς οὐρανός] Sic Bodl. Coisl. Vat. Tub Ven. *ΛΠ*. Vind. *Φ* Par. CEGHIL. Ambr. Florentini, et ex corr. Ven. *Ξ*. Vett. editt ὁ ἀληθινὸς οὐρανός. Deinceps eaedem habent: τὸ ἀληθινὸν φῶς, quod mutatum e Bodl. Tub. Ven. *ΞΠ*. Vind. *Y*. Zitt. Ceterum articulus ὁ atque τὸ in Bodl., ὁ etiam in aliis quibusdam libris deest.

becillitatem tarditatemque ad supremum usque aërem transscendere nequeamus. Veram esse lectionem de coniectura Heindorfii restitutam, nemo, opinor, temere dubitabit

E. οὕτως ἄν τινα καὶ τὰ ἐκεῖ κ.] H. e. repetuntur post parenthesin superiora perspicuitatis causa. Quae quidem liberior orationis conformatio sermonum naturae et indoli convenientissima est. Proximorum verborum sententia haec est: si natura nostra ferre posset eorum, quae in coelo atque in terrae superficie sunt, conspectum et contemplationem. v. Matth. §. 550.

P. 110. ἥδε μὲν γὰρ ἡ γῆ] h. e. nam istae cavernae orbis terrarum, in quibus nos habitamus. Neque enim totam terram intelligit, sed τὰ κοῖλα τῆς γῆς, ἐν οἷς ἡμεῖς οἰκοῦντες λελήθαμεν.

ὅπου ἂν καὶ γῆ ᾖ] ubicunque in mari terra sit. Nam quaedam partes maris finguntur terra prorsus carere, ita ut sint quasi moles quaedam aquarum, ubi nihil crescat, nihil vigeat. Male Heindorfius: ubicunque terram mare alluit obtegitque. Ceterum ipsa sententia exigere videbatur, ut mutaretur lectio ad hunc usque diem in omnibus editt. propagata: καὶ ἡ γῆ ᾖ,

ῥαγγες δὲ καὶ ἄμμος καὶ πηλὸς ἀμήχανος καὶ βόρβοροί εἰσιν, ὅπου ἂν καὶ γῆ ᾖ, καὶ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη κρίνεσθαι οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄξια. ἐκεῖνα δὲ αὖ τῶν παρ' ἡμῖν πολὺ ἂν ἔτι πλέον φανείη διαφέρειν. εἰ γὰρ δεῖ καὶ μῦθον λέγειν καλόν, ἄξιον **B** ἀκοῦσαι, ὦ Σιμμία, οἷα τυγχάνει τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὄντα. Ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὦ Σώκρατες, ἡμεῖς γε τούτου τοῦ μύθου ἡδέως ἂν ἀκούσαιμεν.

Cap. LIX. *Λέγεται τοίνυν, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, πρῶτον μὲν εἶναι τοιαύτη ἡ γῆ αὕτη ἰδεῖν, εἴ τις*

P. 110. *οὔτε φύεται οὐδὲν ἄξιον λόγου*] Hunc ordinem verborum nunc primum restitui e Bodl. Ven. *ΞΠ*. Vind. *Y*. Flor. d. Zitt Editt. habent: *οὔτε φύεται ἄξιον λόγου οὐδέν*.

ὅπου ἂν καὶ γῆ ᾖ] Editt. omnes *ἡ γῆ*. Omisi articulum cum Vat. Par. C. Plor. a. d m. v. ann.

πολὺ ἂν ἔτι πλέον] *πολλοῦ* Bodl. Vat. Tub. Vind. Y. Par. EH1. Zitt. Flor. b. i. m. et supra versum Par. C. conf. Bernhardy Synt. p. 138. Deinde Coisl. Vat. Par. G. *πλεῖον*. Vind *Φ*. Ambr. *πλείω*, frequenti confusione.

B. *καλόν, ἄξιον ἀκοῦσαι*] *καλὸν καὶ ἄξ.* marg. Bodl. et Coisl. Ven. *Ξ*. Vind. *ΥΦ*. Par. G. Ambr. Flor. d. et rec. Vat. In Ven. *Π*. Tub. et pr. Bodl. deest *καλόν*.

ἡ γῆ αὕτη ἰδεῖν] Heindorf. Bekker. et Turic. ex Eusebii libris *αὐτὴ* scripserunt. Deinde vulgo legebatur *εἴ τις ἄνωθεν αὐ-*

id quod fecimus libris plurimis mss. consentientibus.

καὶ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν] nec ullo modo digna sunt, quae cum rebus pulcris, in hac nostra orbis terrarum parte et caverna conspicuis, comparentur. Eodem modo *κρίνεσθαι πρός τι* est Politic. p. 286. C. *πρὸς ἄλληλα τὰ μήκη κρίνοντες*. Protagor. p. 327. D. *εἰ δέοι αὐτὸν κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρώπους*. Isocrat. Panathen. § 1. *ἵνα πρὸς τὴν ὑπόθεσιν αὐτὸν κρίνωσιν*.

ἐκεῖνα δὲ αὖ — διαφέρειν] h. e. contra autem illa, quae sunt in coelestibus illis terrae regionibus, multo etiam magis superare videantur pulcritudine res in nostra terrae parte conspicuas. Mox ad *ἄξιον ἀκοῦσαι* intell. *ἐστίν*, quae omissio est adeo frequentata, ut propemodum legitima iudicari debeat.

τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὄντα] res quae sunt in coelestibus terrae regionibus.

Cap. LIX. B. *τοιαύτη ἡ γῆ αὕτη ἰδεῖν*] Recte dicit *ἡ γῆ αὕτη*, quum intelligat *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὄντα*, quae paullo ante memorata sunt. Itaque non video, cur Heindorfius ex Eusebio *αὐτὴ* scripserit, id ipsam rationem postulare contendens. Imo *αὐτὴ* ferri nullo modo potest. Nam superiores illos atque diviniores

ἄνωθεν θεῷτο, ὥςπερ οἱ δωδεκάσκυτοι σφαῖραι,
ποικίλη, χρώμασι διειλημμένη, ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε εἶ-
C *ναι χρώματα ὥςπερ δείγματα, οἷς δὴ οἱ γραφεῖς κα-*
ταχρῶνται. ἐκεῖ δὲ πᾶσαν τὴν γῆν ἐκ τοιούτων εἶναι
καὶ πολὺ ἔτι ἐκ λαμπροτέρων καὶ καθαρωτέρων ἢ
τούτων· τὴν μὲν γὰρ ἁλουργῆ εἶναι καὶ θαυμαστὴν
τὸ κάλλος, τὴν δὲ χρυσοειδῆ, τὴν δὲ ὅση λευκὴ γύ-
ψου ἢ χιόνος λευκοτέραν, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων χρωμά-
των ξυγκειμένην ὡςαύτως καὶ ἔτι πλειόνων καὶ καλ-
λιόνων ἢ ὅσα ἡμεῖς ἑωράκαμεν. καὶ γὰρ αὐτὰ ταῦτα

τὴν θεῷτο. Pronomen post *θεῷτο* ponunt Bodl. Coisl. Vat. Vind. *Y Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt., et ita scripsit Bekkerus. Ego omittendum censui cum Tub. August. Ven. *Δ*. Par. CEHIL. Ven. *Π*. Flor. a. b. i. m. Stobaeo. Eiecit etiam Heindorf.

ποικίλη, χρώμασι διειλ.] *ποικίλοις χρ.* Par. 1. et Euseb. probante Heindorfio. *ποικίλη χρώμασι* om. Coisl. Par. G. Nihil mutandum videtur, quandoquidem vocabuli *ποικίλη* notio accuratius deinde declaratur verbis: *χρώμασι διειλημμένη κ. τ. λ.* Deinde Coisl. Par. G. inverso ordine *χρώματα εἶναι.*

C. *ἁλουργῆ εἶναι*] *ἁλουργῆν* Coisl. Par. GL. Proximum *καὶ* om. Coisl. Ven. *Δ*. Par. CEHIL. Flor. a. b. c. i. m.

terrae regiones philosophus hoc nomine nec potuit appellare nec usquam appellavit. Alia ratio est p. 109. B. et p. 110. E., ubi *ἡ γῆ αὐτὴ* recte dicitur, quia terra ipsa opponitur iis rebus, quae antea memoratae sunt. Neque inter codices manuscriptos, qui plurimi collati sunt, repertus est, qui scripturam Eusebii confirmaret.

εἴ τις ἄνωθεν θεῷτο] si quis eam desuper, in altiore loco collocatus, intueatur, dicitur illa speciem habere pilarum e duodecim particulis scorteis compositarum. Referenda haec videntur ad dodecaëdrum, cui Plato mundi figuram comparavit. v. Wyttenb. ad h. l., qui inter alia ostendit hoc Pythagorae arcanum teste Iamblicho Vit. Pythag. §. 89. ab Hippaso esse evulgatum.

Conf. etiam Hermann. Hist. Phil. Plat. I. p. 687. ann. 634.

C. *αὐτὰ ταῦτα τὰ κοῖλα αὐτῆς*] illas ipsas eius cavernas, quas antea memoravi.

στίλβοντα — ποικιλίᾳ] nitentia et fulgentia in ceterorum colorum varietate. Male Mudgius coni. *ἐν τῇ τῶν ἄνω χρωμ.*

D. *ξυνεχὲς ποικίλον φαντάζεσθαι*] Libri Eusebii habent *ξυνεχὲς καὶ ποικίλον.* Quo non opus est. Nam plura epitheta ita uni nomini non intercedente copula adiungi ad Remp. II p. 350. D. monuimus. Conferantur etiam Protag. p. 345. C. Legg. 873. C. Xenoph. Mem. I. 4, 21. ibique Bornemann. ed. min. Lips. p. 44. Matthiae Gr. §. 444., qui ex solis poetis id genus exempla

τὰ κοῖλα αὐτῆς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἔμπλεα ὄντα, χρώματός τι εἶδος παρέχεσθαι στίλβοντα ἐν τῇ τῶν D ἄλλων χρωμάτων ποικιλίᾳ, ὥςτε ἕν τι αὐτῆς εἶδος ξυνεχὲς ποικίλον φαντάζεσθαι. ἐν δὲ ταύτῃ οὔσῃ τοιαύτῃ ἀνὰ λόγον τὰ φυόμενα φύεσθαι, δένδρα τε καὶ ἄνθη καὶ τοὺς καρπούς· καὶ αὖ τὰ ὄρη ὡςαύτως καὶ τοὺς λίθους ἔχειν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον τήν τε λειότητα καὶ τὴν διαφάνειαν καὶ τὰ χρώματα καλλίω· ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε λιθίδια εἶναι ταῦτα τὰ ἀγαπώμενα μόρια, σάρδιά τε καὶ ἰάσπιδας καὶ σμα-

ἔμπλεα ὄντα] ἔκπλεα Bodl. Ven. *Π*. Vind. *Φ*. Par. CEG. Ambr. Flor. a. c. d. m et corr. Ven. *Δ*. quod Turicenses susceperunt.

D ποικίλον φαντάζεσθαι.] θαυμάζεσθαι Coisl. Vat. Par. G. Ambr. Flor. d Deinde libri plerique cum editt. vett. ἀνάλογον, quod correxit Fischer.

δένδρα τε καὶ ἄνθη] ἄλση Coisl. Vat. Vind. *Φ*. Par. G. Ambr. Flor. d. et marg. Bodl.

τήν τε λειότητα] V. τὴν τελειότητα. Receptam lectionem, iam a Stephano coniectura repertam, confirmant Coisl. Vat. Vind. Υ*Φ*. Par. CEGIL. Flor. a. b. c. d. i. m et corr. Ven. *Π*. τήν τε λειότατα Ven. *Δ*.

attulit. Mox vulgo perperam ἀνάλογον scribebatur. Recte Fischerus ἀνὰ λόγον edidit, quemadmodum paullo post legitur ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον.

τήν τε λειότητα καὶ τ. δ.] Egregia haec est Stephani emendatio et nunc multorum librorum suffragiis comprobata, quam nescio cur recentiores Platonis interpretes praeter Heindorfium fere omnes aspernati sint. Quum enim montes et lapides in hac terrae parte conspicuos mutilatos, corruptos, deturpatos esse dixisset, nunc vicissim supernorum illorum levitatem, pelluciditatem et pulchram speciem commemorat. Quod autem Fischerus dicit requiri nomen, quod non modo ad λίθους, sed etiam ad ὄρη referatur, equidem non video, cur ea, quae de lapidibus narrantur, non simul quodammodo ad montes pertinere iudicanda sint. Sed, ut clarius pateat, cur τελειότητα reiiciendum sit; quid servata antiqua lectione reprehensione dignum videatur, indicemus. Ac primo quidem haec inter se sic connectenda essent: ἔχειν τὴν τελειότητα καλλίω, quod quis non videt quam absurdum sit atque ineptum? Deinde τελειότητα, h. e. vocabulum, cuius notio pateat latissime, coniungeretur cum διαφάνειαν καὶ χρώματα, quae minus late patent. Sin autem illud angustiore significatione accipiendum putes, ut significet integritatem, vereor, ne alia huius usus exempla desiderentur. Denique non opus est, ut integritatis illorum montium et lapidum hoc loco mentio fiat, quum ex ipsa disputatione intelligatur satis perspicue, quorsum haec referenda sint. — Mox verba sic

E ῥάγδους καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν ὅ τι οὐ τοιοῦτον εἶναι καὶ ἔτι τούτων καλλίω. τὸ δ' αἴτιον τούτου εἶναι, ὅτι ἐκεῖνοι οἱ λίθοι εἰσὶ καθαροὶ καὶ οὐ κατεδηδεσμένοι οὐδὲ διεφθαρμένοι, ὥςπερ οἱ ἐνθάδε, ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων, ἃ καὶ λίθοις καὶ γῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς αἴσχη τε καὶ νόσους παρέχει. τὴν δὲ γῆν αὐτὴν κεκοσμῆσθαι τούτοις τε ἅπασι καὶ ἔτι χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις αὖ τοῖς
111 τοιούτοις. ἐκφανῆ γὰρ αὐτὰ πεφυκέναι, ὄντα πολλὰ πλήθει καὶ μεγάλα καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ὥςτε αὐτὴν ἰδεῖν εἶναι θέαμα εὐδαιμόνων θεατῶν. ζῶα δ'

οὐδὲν ὅ τι οὐ τ.] Sic Bodl. Tub. Ven. ΛΠ. Par. CEHIL. Aug. Flor. a. b. c. m. Vett. editt. οὐδὲν ὅ τι μὴ τ.

E. ἔτι τούτων καλλίω] Bekkerus ex uno Coisl. scripsit κάλλιον. sed v ann.

οἱ λίθοι εἰσὶ καθαροί] Hunc ordinem nunc restitui e Bodl. Ven. ΞΠ. Ven. a. b. Zitt. Editt. omnes καθαροί εἰσι. Mox Eusebius: ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης καὶ ὑπὸ τῶν ξυν. v. ann.

ἃ καὶ λίθοις] καὶ τοῖς λίθοις Coisl. Vat. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d. et marg. Bodl. Idem deinde καὶ τῇ γῇ.

P. 111. καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς] πολλαχοῦ Bodl. Ven. ΞΠ. Vind. Y. Tub. Zitt. Vulgo πανταχοῦ. Mox pro ἐπ' αὐτῆς εἶναι Bodl. Tub. Ven. ΠΞ. Vind. Y. ἐπ' αὐτῇ. Ceteri fere omnes ἐπ' αὐτήν. Genitivum, quem Vat. tuetur, exemplis defendit Heindorf.

ἐν μεσογαίᾳ] Steph. cum Par. E. ἐν μεσογείᾳ. v. Lobeck. ad Phryn. p. 298. sqq.

connectas: ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε λιθίδια ταῦτα τὰ ἀγαπώμενα εἶναι μόρια, ita ut ταῦτα sint nota illa, celebrata illa: τὰ ἀγαπώμενα autem, quae magni aestimantur. Themistius: Or. I. p. 19. ed. Dind. τῶν ἀγαπητῶν λιθιδίων. — ἀγαπᾶν magni aestimare, ad Phileb. p. 62. et Legg. VII. p. 791. A. attigimus.

E. οὐδὲν ὅ τι οὐ τ.] h. e. nihil non ita esse comparatum. Sic saepe οὐδὲν ὅ τι οὐ dictum reperitur. v. Heindorf. ad h. l. et Schneider. ad Xenoph. Mem. I. 4, 23. Perperam vulgo οὐδὲν ὅ τι μὴ τ. — Deinde καλλίω additur, quia οὐδὲν ὅ τι οὐ idem est quod πάντα, ut constructio conformata sit κατὰ τὸ νοούμενον.

ὑπὸ σηπ. κ. ἅλμης ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων] Eusebius post ἅλμης interponit καί, probante Heindorfio. A quo dissentit Wyttenbach., qui alterum ὑπὸ delendum censet. Uterque erravit. Impeditior paullo verborum structura sic expedienda est: οὐδὲ διεφθαρμένοι ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης, ὥςπερ οἱ ἐνθάδε ὑπὸ τῶν δεῦρο συνεῤῥυηκότων.

καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε

ἐπ' αὐτῆς εἶναι ἄλλα τε πολλὰ καὶ ἀνθρώπους, τοὺς
μὲν ἐν μεσογαίᾳ οἰκοῦντας, τοὺς δὲ περὶ τὸν ἀέρα,
ὥσπερ ἡμεῖς περὶ τὴν θάλατταν, τοὺς δὲ ἐν νήσοις,
ἃς περιῤῥεῖν τὸν ἀέρα, πρὸς τῇ ἠπείρῳ οὔσας· καὶ
ἑνὶ λόγῳ, ὅπερ ἡμῖν τὸ ὕδωρ καὶ ἡ θάλαττά ἐστι
πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν, τοῦτο ἐκεῖ τὸν ἀέρα, ὃ B
δὲ ἡμῖν ὁ ἀήρ, ἐκείνοις τὸν αἰθέρα. τὰς δὲ ὥρας
αὐτοῖς κρᾶσιν ἔχειν τοιαύτην, ὥςτε ἐκείνους ἀνόσους
εἶναι καὶ χρόνον τε ζῆν πολὺ πλείω τῶν ἐνθάδε καὶ
ὄψει καὶ ἀκοῇ καὶ ὀσφρήσει καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις
ἡμῶν ἀφεστάναι τῇ αὐτῇ ἀποστάσει, ᾗπερ ἀήρ τε
ὕδατος ἀφέστηκε καὶ αἰθὴρ ἀέρος πρὸς καθαρότητα.

τὸ ὕδωρ καὶ ἡ θάλαττα] Sic Coisl. Vat. Ven. *Λ*. Tub. Aug. Vind. *Φ* Par. EGHIL. Ambr. Flor. a. b. c. Ante Bekkerum erat *τὸ ὕδωρ τε καὶ ἡ θάλαττα*.

B. *ὃ δὲ ἡμῖν ὁ ἀήρ*] Articulum *ὁ* vulgo omissum cum Bekkero ex Ambr. restitui. Deinde pro *ἐκείνοις* vulgo erat *ἐκεῖ*, invitis libris plerisque omnibus. Pro *τὰς δὲ ὥρας αὐτοῖς* Bodl. Vat. Coisl. Tub. Ven. *Π*. Vind. *ΥΦ*. Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt. *τὰς δὲ ὥρας αὐτῆς*, quod ego non amplectar. Videtur enim genitivus criticis deberi, quos servato *αὐτοῖς* proximum *ἐκείνοις* male haberet. Sed v. ann.

καὶ ἀκοῇ καὶ ὀσφρήσει] Hoc recepi ex uno August. Ceteri omnes *φρονήσει*, quod servavit etiam Bekkerus. At sapientiae commemoratio ab hoc loco aliena est, in quo terrae illius praestantia ac temperies describitur, qua fiat, ut corpora atque sensus evadant praestantiores. Nisi forte existimes philosophum etiam ingenii virtutem e coeli temperie pendere voluisse.

καὶ φ.] et praeterea animalibus et plantis. De hoc usu v. *ἄλλος* v. Heindorf. ad Gorg. p. 91. ad h. l. Ast ad Phaedr. p. 241. ad Rempubl. p. 415. 521. 641. Erfurdt. ad Soph. Oed. Tyr. v. 7. nos ad Apol. p. 36. B. Sympos. p. 191. B. Deinde recte *τὴν δὲ γῆν αὐτὴν* sequitur, propterea quod terra ipsa opponitur iis rebus, quae in ea reperiri antea dicebantur.

P. 111. *ὥςπερ ἡμεῖς περὶ τὴν θάλατταν*] Intell. *οἰκοῦμεν*. Dorvill. ad Chariton. p. 538. ed. ed. Lips. „In comparatione post *ὥςπερ* modo casus praecedenti nomini convenit, modo nominativus ponitur, intellecto verbo ex antecedentibus."

τοῦτο — ἐκείνοις τὸν ἀ.] Durior est omissio infinitivi *εἶναι*. Itaque Heindorfius illum post *ἐκείνοις* excidisse putabat. Simile quid tamen notavimus ad p. 74. E. unde vulgatam lectionem defendere liceat.

B. *ὥςτε ἐκείνους ἄν*] De *ἐκείνους* post *αὐτοῖς* ita illato, ut utrumque pronomen ad unum idemque subiectum referendum sit, v. ad p. 106. B.

καὶ δὴ καὶ θεῶν ἕδη τε καὶ ἱερὰ αὐτοῖς εἶναι, ἐν οἷς τῷ ὄντι οἰκητὰς θεοὺς εἶναι, καὶ φήμας τε καὶ μαντείας καὶ αἰσθήσεις τῶν θεῶν καὶ τοιαύτας ξυν-
C *ουσίας γίγνεσθαι αὐτοῖς πρὸς αὐτούς· καὶ τόν γε ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα ὁρᾶσθαι ὑπ' αὐτῶν οἷα τυγχάνει ὄντα, καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν τούτων ἀκόλουθον εἶναι.*

Cap. LX. *Καὶ ὅλην μὲν δὴ τὴν γῆν οὕτω πεφυκέναι καὶ τὰ περὶ τὴν γῆν· τόπους δ' ἐν αὐτῇ εἶναι κατὰ τὰ ἔγκοιλα αὐτῆς κύκλῳ περὶ ὅλην πολλούς, τοὺς μὲν βαθυτέρους καὶ ἀναπεπταμένους μᾶλλον ἢ ἐν ᾧ ἡμεῖς οἰκοῦμεν, τοὺς δὲ βαθυτέρους ὄντας τὸ χάσμα αὐτοὺς ἔλαττον ἔχειν τοῦ παρ' ἡμῖν*

θεῶν ἕδη τε καὶ ἱερὰ] Sic Ven. *Δ*. Par. CEHIL. Flor. a. b. c. i. m. Aug. et marg. Ven. *Ξ*. Vulgo *θεῶν ἄλση*. Coisl. Flor. d. *τεμένη*. Verum primus restituit Heindorfius.

C. *τούτων ἀκόλουθον εἶναι*] *τούτων*, quod olim aberat, e Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *ΞΠ*. Vind. *ΥΦ*. Par. G. Ambr. Flor d. Zitt. restitutum.

τὸ χάσμα αὐτοὺς ἔλαττον ἔχειν] Pro *αὐτοὺς* Tub. habet *αὐτῶν*. Id in *αὐτῶν* mutatum Heindorf. et Bekker. receperunt. Quod vereor ne iusto calidius ab iis factum sit. Audiendus Wyttenbachius est, qui pronomen recte observavit post subiecti mentionem saepe abundanter inferri. conf. Matthiae Gr. §. 467. 2. p.

θεῶν ἕδη τε καὶ ἱερά] Timaeus Gloss. p. 93. *ἕδος τὸ ἄγαλμα, καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἵδρυται*. Sunt *ἕδη* templa statuis ornata, quanquam saepius de simulacris dicitur. v. doctam Kochii disputationem Addend. in Tim. Glossar. p. 16. *Ἱερὰ* sunt quaevis loca diis consecrata. Minus aptum est *θ. ἄλση τε καὶ ἱερά*, quanquam eam lectionem plurimi codd. cum vett. editt. tuentur. Nam *ἄλση καὶ ἱερὰ* fere sunt luci s. nemora diis consecrata atque fana in iisdem exstructa, ut ap. Liv. XXXV. 51. fanum et lucus. Deinde *φῆμαι* sunt voces deorum. Vocabuli originem et usum docte et subtiliter illustravit Wyttenbach. ad Iulian. Or. in Constantii Laud. p. 150 sqq. ed. Lips. Ab his discernuntur *μαντεῖαι*, quae sunt ipsa deorum responsa. v. Wyttenbach. l. c. p. 137. *Αἰσθήσεις θεῶν* autem cum Fischero referendas arbitror ad visa et somnia, quum dii hominibus vel vigilantibus vel dormientibus apparere videntur iisque aliquid significare.

C. *αὐτοῖς*] hominibus. — *πρὸς αὐτούς*, sc. *τοὺς θεούς*.

τούτων ἀκόλουθον εἶναι] Ficinus: ceteris in rebus beatitudinem eos his rebus congruam possidere.

Cap. LX. C. *τοὺς δὲ βαθυτέρους* —] Eos autem,

τόπου, ἔστι δ' οὓς καὶ βραχυτέρους τῷ βάθει τοῦ ἐνθάδε εἶναι καὶ πλατυτέρους. τούτους δὲ πάντας ὑπὸ γῆν εἰς ἀλλήλους συντετρῆσθαί τε πολλαχῇ, καὶ κατὰ στενότερα καὶ εὐρύτερα, καὶ διεξόδους ἔχειν, ᾗ πολὺ μὲν ὕδωρ ῥεῖν ἐξ ἀλλήλων εἰς ἀλλήλους, ὥςπερ εἰς κρατῆρας, καὶ ἀενάων ποταμῶν ἀμήχανα μεγέθη ὑπὸ τὴν γῆν καὶ θερμῶν ὑδάτων καὶ ψυχρῶν, πολὺ δὲ πῦρ καὶ πυρὸς μεγάλους ποταμούς, πολλοὺς δὲ ὑγροῦ πηλοῦ καὶ καθαρωτέρου καὶ βορβορωδεστέρου, ὥςπερ ἐν Σικελίᾳ οἱ πρὸ τοῦ ῥύακος πηλοῦ ῥέοντες ποταμοὶ καὶ αὐτὸς ὁ ῥύαξ· ὧν δὴ καὶ ἑκάστους τοὺς τόπους πληροῦσθαι, ὧν ἂν ἑκάστοις τύχῃ ἑκάστοτε ἡ περιῤῥοὴ γιγνομένη. ταῦτα δὲ πάντα κινεῖν ἄνω D E

645. Bernhardy Synt. p. 290. et intpp. ad Xenoph. Cyrop. I. 3, 15. D. *καὶ κατὰ στενότερα*] Coisl. Par. G. *καὶ κατὰ τὰ στενότερα*. Bodl. in marg. Zitt. et Ven. a. *στενώτερα*. Male. Vere Etymol. Magn. p. 275. observat *στενότατος* et *κενότατος* dici, ἅπερ φασὶ ἀπὸ τοῦ *στεινὸς καὶ κεινὸς γεγονέναι*. conf. Tim. p. 66. D. Xenoph. Cyr. II. 4, 3. Anab. III. 4, 19. Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 264. Matthiae T. I. p. 250.

καὶ ἀενάων ποταμῶν] Vett. editt. *ἀεννάων*. Recte Flor. c. Zitt. *ἀενάων*. Ambr. *ἀενέων*. v. Pierson ad Moer. p. 23 sq.

E. *ὧν ἂν ἑκάστοις τύχῃ*] Vett. editt. inepte *τύχοι* praeter fidem codicum fere omnium.

qui profundiores sint, minus esse patentes quam in hac nostra terrae parte. Nam *τοῦ ἐνθάδε τόπου* breviter dictum pro *ἢ ἐν ᾧ οἰκοῦμεν ἡμεῖς*.

ἔστι δὲ οὓς] i. e. *ἐνίους δέ*. v. Matthiae §. 482.

D. *τούτους δὲ πάντας—*] Sequitur terrae inferae descriptio, quae quemadmodum tristem horridamque Orci imaginem exhibet, ita et ipsa multas habet difficultates, ut non male videantur indicasse, qui quum in universa hac narratione mythica, tum in hac parte praecipue, quae de locis inferis egit, veritatem quam vocant poeticam desiderari contenderunt. Et hunc quidem locum, qui proxime sequitur, reprehendit Aristot. Meteorol. II. 2.

καὶ κατὰ στενότερα καὶ εὐρύτερα] et angustioribus et latioribus meatibus.

E. *ὥςπερ ἐν Σικελίᾳ*] *Ῥύαξ* eximie dici solere de fluento liquefactorum lapidum e faucibus Aetnae prorumpenti docuit Wesseling. ad Diodor. Sicul. V. 6. et XIV. 59. Itaque *οἱ πρὸ τοῦ ῥύακος πηλοῦ ῥέοντες ποταμοὶ* intelliguntur rivi luti atque cineris, quos Aetna evomit, priusquam erumpunt ignea fluenta. De re ipsa conf. Humboldii Cosmum Vol. 1. p. 450. sq.

ταῦτα δὲ πάντα κινεῖν] Olympiodorus: *τῆς τῶν ὑπο-*

καὶ κάτω, ὥςπερ αἰώραν τινὰ ἐνοῦσαν ἐν τῇ γῇ. ἔστι δὲ ἄρα αὕτη ἡ αἰώρα διὰ φύσιν τοιάνδε τινά. ἕν τι τῶν χασμάτων τῆς γῆς ἄλλως τε μέγιστον τυγχάνει
112 ὂν καὶ διαμπερὲς τετρημένον δι' ὅλης τῆς γῆς, τοῦτο ὅπερ Ὅμηρος εἶπε, λέγων αὐτὸ

τῆλε μάλ', ᾗχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον·

ὃ καὶ ἄλλοθι καὶ ἐκεῖνος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν Τάρταρον κεκλήκασιν. εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συῤῥέουσί τε πάντες οἱ ποταμοὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἐκρέουσι· γίγνονται δὲ ἕκαστοι τοιοῦτοι, δι' οἵας ἂν καὶ τῆς γῆς ῥέωσιν. ἡ δ' αἰτία ἐστὶ τοῦ ἐκρεῖν τε
B ἐντεῦθεν καὶ εἰςρεῖν πάντα τὰ ῥεύματα, ὅτι πυθμένα

P. 112. εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα] Tub. εἰς γὰρ τοι τοῦτο, quod recepit Heindorf. Dein vett. editt. καὶ ἐκ τούτου πάλιν πάντες ἐκρέουσι. Sed πάντες om. codd. praeter Ven. Ξ., qui pro πάλιν habet πάντες, errore manifesto.

γείων ῥευμάτων ἀντιθέσεως αἰτίαν εἶναί φησι τὴν αἰώραν, ἥ ἐστιν ἀντιταλάντωσις. Ceterum αἰώραν est accusativus subiecti, πάντα ταῦτα vero accusativus obiecti, ut sententia haec sit: haec omnia autem moveri sursum deorsum quasi quadam oscillatione, agitatione s. libratione reciproca, quae in ipsa terra sit.

P. 112. ὅπερ Ὅμηρος —] Iliad. ϑ. 13.

εἰς γὰρ τοῦτο] Referenda sunt haec ad superiora illa: ἕν τι — τετρημένον δι' ὅλης τῆς γῆς, quorum causam indicant.

τοιοῦτοι, δι' οἵας ἂν κ.] h. e. οἵα ἐστὶν ἡ γῆ, δι' ἧς ἂν ῥέωσιν.

B. τὸ περὶ ἐκεῖνο —] Sc. τὸ ὑγρόν. Rationem dicendi declarat Bernhardy Synt. p. 263. Dein εἰς τὸ ἐπέκεινα, dictum, ut Thucyd. VII. 37. ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα. Xenoph. Anab. V. 4, 3. οἱ ἐκ τοῦ ἐπέκεινα, ubi plura dabit Krüger. conf. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 289.

C. ὅταν τε οὖν ὁρμήσαν — ἐπαντλοῦντες] Wyttenbachius praeeunte Zeunio τότε κατ' ἐκεῖνα τ. ῥ. legit, hoc sensu: quando igitur aqua per impetum suum recedit in locum e diametro nobis oppositum, quique scilicet infra vocatur, nec tamen infra est, si quidem in terra nil proprie infra et supra est, sed quum aqua in illum locum recessit, tunc in flumina, quae illic sunt, ex inferiore terra (διὰ τῆς γῆς) emergens influit eaque implet, ut apud nos faciunt hi, qui aquam antlia haurientes eam alteri aquae infundunt. Ali-

οὐκ ἔχει οὐδὲ βάσιν τὸ ὑγρὸν τοῦτο. αἰωρεῖται δὴ καὶ κυμαίνει ἄνω καὶ κάτω, καὶ ὁ ἀὴρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ περὶ αὐτὸ ταὐτὸν ποιεῖ· ξυνέπεται γὰρ αὐτῷ καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπέκεινα τῆς γῆς ὁρμήσῃ καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπὶ τάδε, καὶ ὥςπερ τῶν ἀναπνεόντων ἀεὶ ἐκπνεῖ τε καὶ ἀναπνεῖ ῥέον τὸ πνεῦμα, οὕτω καὶ ἐκεῖ ξυναιωρούμενον τῷ ὑγρῷ τὸ πνεῦμα δεινούς τινας ἀνέμους καὶ ἀμηχάνους παρέχεται καὶ εἰσιὸν καὶ ἐξιόν. ὅταν τε οὖν ὁρμῆσαν ὑποχωρήσῃ τὸ ὕδωρ εἰς τὸν C
τόπον τὸν δὴ κάτω καλούμενον, τοῖς κατ' ἐκεῖνα τὰ ῥεύματα διὰ τῆς γῆς εἰςρεῖ τε καὶ πληροῖ αὐτὰ ὥςπερ οἱ ἐπαντλοῦντες· ὅταν τε αὖ ἐκεῖθεν μὲν ἀπολίπῃ, δεῦρο δὲ ὁρμήσῃ, τὰ ἐνθάδε πληροῖ αὖθις,

B. περὶ αὐτό] Libri αὐτόν, quod mutavit Heindorf. in αὐτό, probante Bekkero, Astio, aliis. Masculinum ne ita quidem defendi potest, ut Platonem existimemus τὸν Τάρταρον in animo habuisse, non τὸ ὑγρόν.

ter Fr. Astius, qui orationem corruptam censet vocibus τοῖς et διά per fraudem illatis. Quibus extrusis sensum exsistere putat idoneum huncce: quando aqua prorumpens in locum qui dicitur inferiorem recedit, in flumina terrae; quae illic sunt, influit, eaque implet. Nobis vero ne litera quidem loco suo movenda videtur. Nam τοῖς κατ' ἐκεῖνα τὰ ῥεύματα intelligendum de fluminum inferorum tractibus, in quos aqua cum impetu ex supernis terrae partibus recedens infunditur, ita ut iam illi tantam aquarum vim recipiant, ut prorsus impleantur. Dativus autem aptus nexusque est ex εἰςρεῖ, quod cur cum eo casu iungi non posse putandum sit, haudquaquam intelligitur. Similia certe huius constructionis exempla bene multa affert Matthiae Gr. Gr. §. 402. c. p. 902. sq. ed. 3. Itaque aqua (τὸ ὕδωρ) cum impetu recedens ad inferna dicitur infundi in loca inferiora, per quae flumina meant infera. Id autem rectissime indicatur facere διὰ τῆς γῆς, per terram, quippe quum ex ex superioribus regionibus per terrae meatus feratur in regiones inferiores, ut facile pateat, διά utique locum suum tenere rectissime. Denique facile intelligitur ad ὥςπερ οἱ ἐπαντλοῦντες cogitatione addendum esse πληροῦσι, h. e. quemadmodum, qui antlia (Pumpe) utuntur, faciunt, aquas aquis affundentes. Tenendum enim ἐπαντλοῦντες, nec vero ἐξαντλοῦντες scriptum esse, id quod interpretes non satis diligenter animadvertisse videntur. Ceterum respondent inter se bina membra: ὅταν τε οὖν οἱ ἐπαντλοῦντες, et ὅταν τε αὖ κ. τ. λ. Unde explicationem habet duplex τε, de quo v. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 739 sq. et Kühner. ad Xenophont. Mem. I. 1, 14.

τὰ δὲ πληρωθέντα ῥεῖ διὰ τῶν ὀχετῶν καὶ διὰ τῆς
γῆς, καὶ εἰς τοὺς τόπους ἕκαστα ἀφικνούμενα, εἰς
οὓς ἑκάστους ὁδοποιεῖται, θαλάττας τε καὶ λίμνας
καὶ ποταμοὺς καὶ κρήνας ποιεῖ. ἐντεῦθεν δὲ πάλιν
D δυόμενα κατὰ τῆς γῆς, τὰ μὲν μακροτέρους τόπους
περιελθόντα καὶ πλείους, τὰ δὲ ἐλάττους καὶ βρα-
χυτέρους, πάλιν εἰς τὸν Τάρταρον ἐμβάλλει, τὰ μὲν
πολὺ κατωτέρω ἢ ἐπηντλεῖτο, τὰ δὲ ὀλίγον· πάντα
δὲ ὑποκάτω εἰςρεῖ τῆς ἐκροῆς. καὶ ἔνια μὲν καταν-
τικρὺ ἢ εἰςρεῖ ἐξέπεσεν, ἔνια δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ μέρος·
ἔστι δὲ καὶ ἃ παντάπασι κύκλῳ περιελθόντα, ἢ ἅπαξ
ἢ καὶ πλεονάκις περιελιχθέντα περὶ τὴν γῆν, ὥςπερ

C. εἰς τοὺς τόπους ἕκαστα] Steph. ἕκαστος, quod est in Par. L. Non opus mutatione.

D. ἔστι δὲ καὶ ἃ παντάπασι] καὶ e Coisl. Par. G. cum Bekkero adiecimus.

κάτω καθέντα] Vulgo καμφθέντα, invitia codicibus omnibus. Dein vett. editt. ἐμβάλλει, ἢ δυνατόν ἐστιν, quod et ipsum codicum fere omnium testimoniis adversatur. Pro καθιέναι Stephan. dedit κατιέναι, quod unus habet Stob.

εἰς οὓς ἑκάστους ὁδοποιεῖται] Subiectum est τὰ ἐνθάδε πληρωθέντα: in quos singulos viam sibi faciunt.

D. ἢ ἐπηντλεῖτο] Speciosa sane coniectura Heindorfii est legendum putantis ἢ ἐξηντλεῖτο. Neque aliter Cornarius, qui vertit: multo inferius quam effusa essent. Nec tamen codicum lectionem deserendam arbitramur. Quippe dicitur ἐπηντλεῖτο habita ratione verborum superiorum διὰ τῆς γῆς εἰςρεῖ καὶ πληροῖ αὐτὰ ὥςπερ οἱ ἐπαντλοῦντες. Breviter autem dictum est ἢ ἐπηντλεῖτο pro ἢ ὅσον vel ἐξ οὗ ἐπηντλεῖτο, quod tamen ex antegresso πολὺ κατωτέρω facile intelligas. Itaque hoc dicitur: alia rursus in Tartarum effluunt, partim multo inferius, quam pro regionum altitudine, unde affundebantur, partim minus alte.

ἔνια μὲν καταντικρὺ ἢ εἰςρεῖ] Falso haec intellexit Aristoteles l. c., qui putat Platonem superiores Tartari regiones opponere inferioribus, οἷον εἰ ῥεῖν ἤρξατο κάτωθεν, ἄνωθεν εἰςβάλλειν. Nam ex Platonis sententia omnia ὑποκάτω εἰςρεῖ τῆς ἐκροῆς. Itaque ἀντικρὺ puto denotare oppositam Tartari partem, si transversam eius diametrum spectes. Ceterum Wyttenb. scribendum putabat ἢ ᾗ εἰςρεῖ, qua mutatione vereor ut opus sit. v. Matthiae Gr. §. 481. ann. 2.

ὥςπερ οἱ ὄφεις] Nam spiris serpentum similes sunt aquarum illi flexus et curvamina. — Mox verba εἰς τὸ δυνατὸν arctissime connectas cum proximis κάτω καθέντα, hoc sensu: quum se demiserunt quam fieri potest

οἱ ὄφεις, εἰς τὸ δυνατὸν κάτω καθέντα πάλιν ἐμβάλλει. δυνατὸν δ' ἐστὶν ἑκατέρωσε μέχρι τοῦ μέσου E καθιέναι, πέρα δ' οὔ. ἄναντες γὰρ ἀμφοτέροις τοῖς ῥεύμασι τὸ ἑκατέρωθεν γίγνεται μέρος.

Cap. LXI. Τὰ μὲν οὖν δὴ ἄλλα πολλά τε καὶ μεγάλα καὶ παντοδαπὰ ῥεύματά ἐστι· τυγχάνει δ' ἄρα ὄντα ἐν τούτοις τοῖς πολλοῖς τέτταρ' ἄττα ῥεύματα, ὧν τὸ μὲν μέγιστον καὶ ἐξωτάτω ῥέον περὶ κύκλῳ ὁ καλούμενος Ὠκεανός ἐστι, τούτου δὲ καταντικρὺ καὶ ἐναντίως ῥέων Ἀχέρων, ὃς δι' ἐρήμων τε τόπων ῥεῖ ἄλλων καὶ δὴ καὶ ὑπὸ γῆν ῥέων εἰς τὴν 113 λίμνην ἀφικνεῖται τὴν Ἀχερουσιάδα, οὗ αἱ τῶν τε-

E. *ἄναντες γὰρ ἀμφοτέροις*] Bas. 2. Bodl. Ven. ΞΠ. Vind. Y. *ἄναντες γαρ πρὸς ἀμφοτέροις.* Alii, veluti Coisl. Vat. Par. G. Ambr., omisso *ἄναντες* scriptum exhibent *πρὸς γὰρ ἀμφοτέροις.* Elegans est coniectura Heindorfii: *ἄναντες γὰρ πρόσω ἀμφοτέροις.* Quanquam *πρὸς* ex glossemate ad *ἄναντες* adscripto natum videtur.

δι' ἐρήμων τε τόπων] *τε*, vulgo omissum, non abeat nisi a paucissimis codicibus.

altissime. Nam *καθιέναι*, ut *μεθιέναι, ἐφιέναι, ἀφιέναι, ἐξιέναι*, intransitiva, quam vocant, significatione poni nihil habet insolentiae. v. Heindorf. ad Theaet. p. 168. B. Reisk. ad Aeschin. p. 38. Lobeck. ad Aiac. v. 248. et nostra ad Protag. p. 336. A. De Rep. VIII. p. 563. A.

E. *ἑκατέρωσε μέχρι τ.*] „Videlicet utrinque ad terrae centrum tenditur, ideoque ultra ipsum aut ex hac aut ex illa parte ferri praeter naturam erit.“ Forsterus. Parum recte locum interpretatur Heindorf., qui *ἑκατέρωσε* pertinere arbitratur ad illa *ἔνια μὲν καταντικρὺ ἢ εἰσρεῖ ἐξέπεσεν, ἔνια δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ μέρος.*

Cap. LXI. *τυγχάνει δ' ἄρα ὄντα*] Proclus in Remp. p. 396. *ὁ ἐν τῷ Φαίδωνι Σωκράτης -- καὶ τῶν ποταμῶν ἐκεῖθεν* (ab Homero) *τὴν ἱστορίαν παρείληφε. καὶ γὰρ ὅτι πάντων ἐστὶν „Ὠκεανὸς μὲν πρῶτα, τὸν οὔπως ἔστι περῆσαι“* (Odyss. λ. 157.). *καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὡςαύτως· „Κωκυτός θ' ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ“* (Odyss. κ. 514.). *Ὅθεν, οἶμαι, καὶ ὁ Σωκράτης Στύγιον αὐτὸν προςείρηκεν.* — Deinde vulg. *ῥέον περὶ κύκλῳ* Lobeckius ad Phryn. p. 9. tutatus est collato loco Plutarch. Amator. X. 18. T. XII. *περὶ κύκλῳ δραμόντες.* Cui addimus ipsi Plat. Legg. XII. p. 964. E. *περὶ ὅλην κύκλῳ τὴν πόλιν ὁρᾶν.* Nam Heindorf. coni. *πέριξ κύκλῳ*, quod sane frequens est, ut ap. Aeschyl. Pers. 366. 416. al.

δι' ἐρήμων τε τόπων — καὶ δὴ καὶ ὑπ.] Sic Legg. I. p. 642. E. *θυσίας τε ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ θεὸς ἀνεῖλε, καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον εἶπεν κ. τ. λ.* Tim. p. 22. A. *οἷ δὴ Σόλων ἔφη*

τελευτηκότων ψυχαὶ τῶν πολλῶν ἀφικνοῦνται καί τινας εἱμαρμένους χρόνους μείνασαι, αἱ μὲν μακροτέρους, αἱ δὲ βραχυτέρους, πάλιν ἐκπέμπονται εἰς τὰς τῶν ζώων γενέσεις. τρίτος δὲ ποταμὸς τούτων κατὰ μέσον ἐκβάλλει, καὶ ἐγγὺς τῆς ἐκβολῆς ἐκπίπτει εἰς τόπον μέγαν πυρὶ πολλῷ καόμενον, καὶ λίμνην ποιεῖ μείζω τῆς παρ' ἡμῖν θαλάττης, ζέουσαν ὕδατος καὶ
B πηλοῦ· ἐντεῦθεν δὲ χωρεῖ κύκλῳ θολερὸς καὶ πηλώδης, περιελιττόμενος δὲ [τῇ γῇ] ἄλλοσέ τε ἀφικνεῖται καὶ παρ' ἔσχατα τῆς Ἀχερουσιάδος λίμνης, οὐ ξυμμιγνύμενος τῷ ὕδατι· περιελιχθεὶς δὲ πολλάκις ὑπὸ γῆς ἐμβάλλει κατωτέρω τοῦ Ταρτάρου. οὗτος δ' ἐστὶν ὃν ἐπονομάζουσι Πυριφλεγέθοντα, οὗ καὶ οἱ

P. 113. *πυρὶ πολλῷ καόμενον*] Libri *καιόμενον*. Sed iidem c. 64. *καόμενον* confirmant. conf. Pierson. ad Moer. p. 231.
B. *περιελιττόμενος δὲ τῇ γῇ*] *τὴν γῆν* Coisl. Par. G. Flor. d. *τὴν γῆν* Coisl. Par. G. *τῇ γῇ* om. Euseb. et Theodoret.
ὃν ἐπονομάζουσι Πυριφλεγέθοντα] Voc. *ἔτι* vulgo post *ὃν* interpositum omisimus cum Coisl. Vat. Ven. *Δ*. Vind. *ΥΦ*. Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Flor. a. b. c. d. i m. et corr. Ven. *ΞΠ*. In Bodl. Tub. Zitt. aliisque scriptum: *ὃ ἔτι ὀνομ.*

πορευθεὶς σφόδρα τε γενέσθαι παρ' αὐτοῖς ἔντιμος, καὶ δὴ καὶ τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν — ἀνερευνῶν. Politic. p. 268. E. 270. C. Legg. X. p. 888. D. Sed satis exemplorum collegimus ad Phileb. p. 205. Male igitur *τε* post *ἐρήμων* vulgo aberat.

P. 113. *οὗ αἱ τῶν τετελ. ψ.*] Ne quis *οἷ* corrigendum arbitretur, sententia verborum haec est: ad paludem Acherusiam pervenit eo loco, ubi plurimorum animae congregantur. Sic p. 108. B. *ἀφικομένην δὲ ὅθιπερ αἱ ἄλλαι (ψυχαὶ ἀφικνοῦνται).* De re ipsa v. p. 108. C.

εἰς τὰς τῶν ζώων γεν.] ut migrent rursus in animantium corpora. v. p 70. C. D.

τούτων κατὰ μέσον ἐκβάλλει] h. e. *ἐκρεῖ*, ut c. LX. et hic *ἐκβολὴ* dicitur. — *κατὰ μέσον.* Intell. inter Oceanum et Acheronta.

τῆς παρ' ἡμῖν θαλάττης] i. e. mari interno, quod vulgo mediterraneum appellant.

B. *περιελιττόμενος δὲ τῇ γῇ*] Quum *περιελιττόμενος τῇ γῇ* non possis intelligere nisi de fluvio terrae superficiem ambiente, hoc autem loco de meatu fluvii subter terram cogitandum sit, probanda videtur coniectura Heindorfii, qui *τῆς γῆς* legendum censet, quod ex *ἄλλοσε* pendeat. Et confirmant hanc rationem aliquot codd., in quibus *τὴν γῆν* scriptum legitur. Nisi forte malueris delere *τῇ γῇ*, quod neque Theodoretus Cur. Aff. XI. p 154. legit, et abest a cod. Oxon. Euse-

ῥύακες ἀποσπάσματα ἀναφυσῶσιν, ὅπῃ ἂν τύχωσι
τῆς γῆς. τούτου δὲ αὖ καταντικρὺ ὁ τέταρτος ἐκ-
πίπτει εἰς τόπον πρῶτον δεινόν τε καὶ ἄγριον, ὡς
λέγεται, χρῶμα δὲ ἔχοντα ὅλον οἷον ὁ κυανός, ὃν C
δὴ ἐπονομάζουσι Στύγιον, καὶ τὴν λίμνην, ἣν ποιεῖ
ὁ ποταμὸς ἐμβάλλων, Στύγα. ὁ δ' ἐμπεσὼν ἐνταῦθα
καὶ δεινὰς δυνάμεις λαβὼν ἐν τῷ ὕδατι, δὺς κατὰ
τῆς γῆς, περιελιττόμενος χωρεῖ ἐναντίος τῷ Πυρι-
φλεγέθοντι καὶ ἀπαντᾷ ἐν τῇ Ἀχερουσιάδι λίμνῃ ἐξ
ἐναντίας· καὶ οὐδὲ τὸ τούτου ὕδωρ οὐδενὶ μίγνυται,
ἀλλὰ καὶ οὗτος κύκλῳ περιελθὼν ἐμβάλλει εἰς τὸν
Τάρταρον ἐναντίως τῷ Πυριφλεγέθοντι· ὄνομα δὲ
τούτῳ ἐστίν, ὡς οἱ ποιηταὶ λέγουσι, Κωκυτός.

C. *ἣν ποιεῖ ὁ ποταμός*] *ἣν* additum e Vind. *Φ*. Par. I., corr. Coisl. et Theodoreto.

ἐναντίος τῷ Πυριφλ.] *ἐναντίος* Bodl. Coisl. Ven. *ΞΠ*. Vind. *ΥΦ*. Par. CGH. Aug. Flor c. Zitt. Sic item mox Ven. *ΞΠ*. Vind *Υ*. Par. CGHL. Aug. Flor. c. Zitt. Vulgo *ἐναντίως*.

ὡς οἱ ποιηταὶ λέγουσι] V. *φάσκουσι*, quod tenet fere unus Ven. *Ξ*. Audias Elmsleium ad Eurip. Heraclid. 903. ed. Lips. „Praesens *φάσκω*, inquit, non est in usu, licet ab eo debii Praep. Evang. XI. 38. p. 567.

κατωτέρω τοῦ Ταρτάρου] h. e. in loca Tartari inferiora s. inferius in Tartarum. Nam fluvii illi omnes in Tartarum effunduntur. De ratione grammatica v. Bernhardy Synt. p. 158. et Matthiae Gr. §. 340.

ὅπῃ ἂν τύχωσι τῆς γῆς] h. e. a quo avulsas partes fluvii ardentes, ubicunque terrarum sunt, eiiciunt.

εἰς τόπον πρῶτον δεινόν] Haec sic accipienda sunt, ac si scriptum esset: *ἐκπίπτει πρῶτον εἰς τόπον δεινόν τε καὶ ἄγρ*. Positum autem est hoc *πρῶτον*, quasi deinceps sequerentur haec: *ἔπειτα δὲ δεινὰς δυνάμεις λαβὼν — χωρεῖ*. — „*Κυανὸς* non modo est color caeruleus, qualis est coeli et maris, sed etiam gemma eiusdem coloris, sed flavescentis, e genere iaspidum, (Plin. H. N. 37. 9.) vel, secundum alios, saphirorum. conf. Theophrast. de Lapidd. p. 258. ed. Bas. Meurs. Cypr II. 5. p. 94. et Schneiderus ad Anacr. Od XXIX.“ FISCHER. Conf. Lexic. Schneideri s. v. qui lapidem taguli, quem vocant, intelligit.

C. *ὃν δὴ ἐπ. — Στύγα*] Poterat loqui hoc modo: *τοῦτον* (*τὸν ποταμὸν*) *ἐπονομάζουσι Στύγιον· τὴν δὲ λίμνην, ἣν ποιεῖ —, Στύγα*. Sed saepius ita oratio solet conformari, ac si relativum non praecessisset. Xenoph. Anab. I. 1, 2. *Κῦρον μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων*.

D Cap. LXII. Τούτων δὲ οὕτω πεφυκότων, ἐπειδὰν ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον, οἷ ὁ δαίμων ἕκαστον κομίζει, πρῶτον μὲν διεδικάσαντο οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντες καὶ οἱ μή. καὶ οἳ μὲν ἂν δόξωσι μέσως βεβιωκέναι, πορευθέντες ἐπὶ τὸν Ἀχέροντα, ἀναβάντες ἃ δὴ αὐτοῖς ὀχήματά ἐστιν, ἐπὶ τούτων ἀφικνοῦνται εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἐκεῖ οἰκοῦσί τε καὶ καθαιρόμενοι τῶν τε ἀδικημάτων διδόντες δίκας ἀπολύονται, εἴ τίς τι ἠδίκηκε, τῶν τε
E εὐεργεσιῶν τιμὰς φέρονται κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστος· οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς καὶ μεγάλας ἢ φόνους ἀδίκους καὶ παρανόμους πολλοὺς ἐξειργασμένοι ἢ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα τυγχάνει ὄντα, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον,

rivari videantur praeteritum et modi obliqui. Legitur quidem apud Platonem in Phaedone. Sed non dubito locum mendosum esse." Quod codd. suppeditarunt λέγουσι, id etiam Eusebius et Stobaeus praebent.

D. *οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως*] Steph. οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως καὶ δικαίως, quod est in uno Par. L.

ἐπὶ τὸν Ἀχέροντα, ἀναβάντες] Vind. Φ. Flor. d. ante ἀναβάντες inferciunt καί.

εἴ τίς τι ἠδίκηκε] V. ἠδίκησε, adversantibus codd. longe

Cyrop. VII. 2, 27. ἣν ἄλλοι τε μακαριωτάτην ἐνόμιζον εἶναι βιοτήν, καὶ ἐγὼ συνεγίγνωσκον αὐτοῖς. Hellen. VII. 4, 32. v. Heindorf. ad h. l.

Cap. LXII. D. *πρῶτον μὲν διεδικάσαντο*] h. e. iudicium subeunt. De aoristo v. Matthiae §. 503. *Μέσως βεβιωκέναι* dicuntur, qui neque insigniter improbi neque eximie sancti et probi fuerunt. Sic Plat. Legg. X. p. 907. A. ἀνθρώπων μέσων εἶναι φήσομεν, οἳ τὸ δίκαιον οὐκ ἄν ποτε προδοῖεν ἕνεκα δώρων κ. τ. λ. *Apuleius* Doctr. Platon. p. 22. ed. Elmenh. medie moratus. *Tacit* Hist. I. 49. ipsi *medium* erat ingenium, *magis extra vitia quam cum virtutibus*; ubi scriptor ipse satis dilucide declarat, quale ingenium medium vocaverit.

ἀναβάντες ἃ δὴ αὐτ.] Iunctum ἀναβαίνειν simplici accusativo, ut De Rep. II. p. 365. B. Palaephat. Fab. 1. 5. ἀναβαίνειν τοὺς κέλητας. Est enim talibus in locis conscendere. Frequentius hac ratione poetae usi sunt, ut Homerus.

εἰς τὴν λίμνην] in paludem Acherusiam, quo ibi purgentur a vitiis et labibus in vita superiore contractis. v. p. 113. C.

εὐεργεσιῶν τιμὰς φ.] recte factorum praemia consequuntur. Sic εὐεργε-

